

536 MAGISTERIUM ANTIM. DIAPH. — MAGIST. VITRIOLI MART.

MAGISTERIUM ANTIMONII DIAPHORETICI vid. Antimonium diaphoreticum (p.36).

MAGISTERIUM BISMUTHI vid. Magisterium Marcasitae.

MAGISTERIUM CORALLIORUM, est Calcaria carbonica praeципitata ope Olei Tartari per deliquum ex solutione acetica Coralliorum.

MAGISTERIUM MARGARITARUM, MATRIS PERLARUM, OCULORUM CANCORUM idem valent atque praecedens.

MAGISTERIUM JALAPPÆ vid. Resina Jalappæ.

MAGISTERIUM LAPIDIS CALAMINARIS est Lapis calaminaris Acido Salis solutus et Sale volatili iterum praecipitatus; præparatum ineptum.

MAGISTERIUM MARCASITÆ. *Wismuthweiß. Magistère de Bismuth*

Synon.: Magisterium Bismuthi, Subnitras Bismuthicus (Gall.), Bismuthum nitricum v. subnitricum (Hann.), præcipitatum (Bor., Hamb., Slesv.-Hols. cœt.), Bismuthum oxydatum album, Bismuthum oxydatum subnitricum, Nitras Bismuthi basici Oxydi incompleti (Bat.), Nitras Bismuthi præcipitatus s. quadrabismuthicus, Marcasita alba s. Hispanica, Spanisch Weiße, Baßisch salpeteriaures Wismuthoxyd. *Blanc de fard, Blanc d'Espagne.*

Rec. Acidi nitrici decoloris Uncias tres,

immitte in cucurbitam vietream et sensim adjice Bismuthi pulverati Unciam unam, vel quantum in acido caloris ope dissolvitur. Liquorem limpidum (filtrandum si opus fuerit) decantha in patinam porcellaneam, et dimidium voluminis evaporatione consume, tum simul in Aquae communis Libras tres conjice et miscelam bene exagita. Liquori turbido sensim inter agitationem instilla Spiritum Salis Ammoniaci causticum, ante cum quadruplo pondere Aquae destillatae dilutum, donec acidi excedentis

pars aliqua saturata fuerit, li- quor vero semper reactionem insigniter acidam monstrat.

Sedimentum copiosum cito in linteum humectatum antea atque expansum conjice, Aqua destillata parum lava, torquendo exprime et sicca in loco umbroso. *Part. const.* Acidi nitrici unum, Bismuthi oxydati quatuor Pond. Mixt. et Aqua. *Vis:* antispastica.

Sit pulvis albissimus, subtilissimus, inter digitos facilime et aequabilissime conterendum, texturae crystallinae, ab aqua (praesertim fervida) decomponitur extractione Acidi, chartam coeruleam exploratoriam humectatam colore rubello tingat, Acido nitrico diluto penitus solvatur.

Usus: in cardialgia, spasmis ventriculi.

De præparationis argumentis atque dissenso parum tantum afferendum. Evaporatione liquidi supra exposita Acidi excedentis pars dispellitur, quae præcipitationi penitiori obstet. Cave ne Spiritum Salis Ammoniaci causticum usque ad acidi saturationem addas, quo sit, ut Acidum nitricum ex sedimento abripiatur, et præparati color in flavum aliquantulum vergat. Ex liquoribus filtratis adhuc acidis Natro carbonico addito Bismuthi oxydum aliquantulum præcipitatur, quod asservatum proximae parationi adjicitur. Luci expositum cinerascere dicitur, cui subscríbere non audeo.

MAGISTERIUM MATRIS PERLARUM vid. Magisterium Coralliorum.

MAGISTERIUM OPII LUDOVICII.

Rec. Opii q. v., disslove in Aceto, colla, adde Liquor. Cinerum clavell. depur. quamdui præcipitatum oritur, quod in filtro collectum atq. e elutum siccatur.

MAGISTERIUM PLUMBI s. SATURNI dicitur Cerussa (Plumbum carbonicum) ex Saccharo Saturni ope Cinerum clavell. depur. præcipitata. Large obtinetur in paranda Terra foliata Tartari, quam vocem vide.

MAGISTERIUM SULPHURIS est Lac Sulphuris.

MAGISTERIUM TARTARI PURGANS est Terra foliata Tartari.

MAGISTERIUM VITRIOLI MARTIS est Crocus Martis aperitivus.

MAGISTERIUM ZINCI vid. Flores Zincii.

MAGMA SCYTODEPSICUM EX QUERCUS
vid. Linimentum saturnino-quercinum (p. 513).

MAGNES ARSENICALIS, Lapis de tribus, Arsenicaler Magnet, Spiegelglanzhalbtiger Arsenit, Pyrofanstein.

Rec. Arsenici crystallini, Antimonii crudi, Sulphuris flavi et Unc. duas. Fiat omnium pulvis subtilis, quem in vitrea retorta arenae impone, ac in igne, sensim aucto, tam diudetine, a fumo exhalante sollicite tibi cavenendo, donec omne liquecat, quod stilo ferreo mundo explorari potest; tum refrigescat retorta, qua fracta, materiam, lapidis instar induratam, fusci coloris, exime ac serva.

MAGNESIA AERATA s. alba s. carbonica, s. communis, s. cretosa, s. dulcis, s. mitis, s. Salis amari, s. subcarbonica, cet. vid. Magnesia alba (I, p. 176).

MAGNESIA CALCINATA vide Magnesia usta.

MAGNESIA HENRY, Henry's Magnesia, Henry's Magnesia (apud Anglos).

Est Magnesia usta gravis, dura, granulosa, acidis dilutis non dissolvitur vel saltem tardissime, ab HENRY in Anglia praeparata, magni preti vendita, et ab Anglis plus aequo jactata. Hae varietates ei potissimum debentur, quod Magnesia alba vehementissimo igne diu usta sit, quod Sal Soda loco Cinerum clavellatorum pro praeципitatione ex Sale amaro a Calcariae vestigia purissimum adhibuitur. Hoc igitur spectandum, si Magnesiam HENRY imitari studes. Solve Sal amarum purissimum in Aqua destillata, nec fontana, a qua odor argillaceus nauseosus contrahitur, fervidam solutionem praecipita cum solutione Salis Soda, praecipitatum lava cum Aqua destillata (vel pluvia in vasis vitreis mundissime servata) in linteo expanso, adhuc humidum in modulum summa vi comprome, exsicca, et statim ure summo calore, quem excitare poteris, per horas sex ad octo. Summae munditiae ubique in hoc labore est studendum. Serva in vasis bene praeclusis. Magnesiae ustae communis non adeo induratae pro usu medico est postponenda.

MAGNESIA MURIATICA s. hydrochlorica, Murias Magnesiae, Chloruretum Magnesii. Saltsaure Bittererde, Chloromagnium. Hydrochlorate de Magnésie, Chlorure de Magnésium cristallisé.

Rec. Magnesiae albae quantum vis, adde Acidi muriatici puri q. s. ad Magnesiam ferre totam dissolvendam, caloris ope ac-

tioni favens. Filtra et ebulliendo evapora ad pond. spec. 1,380—1,400; tum liquidum in vas orifici amplioris ingere, cavens ne caloris vi dirumpatur, quod assidua agitazione, vel praevie calefaciendo in aqua servida evitatur. Epistomio imposito sal crystallinum concrescat, quod nisi fit, ulteriore evaporatione opus est. Servetur in vasis optime ab aere praeclusis, ex quo humorem avide colligit. Vis: laxans. Usus: in Aquis soteriis artefaciendis.

MAGNESIA NITRI est Magnesia alba. I, p. 176.

MAGNESIA PHOSPHORICA, Phosphas Magnesiae. Phosphorsaure Bittererde, Phosphorsaure Magnesia. Phosphate de Magnésie.

Rec. Acidi phosphorici ex ossibus q. vis, dilue cum Aquae octuplo et satura cum Magnesia alba. Liquorem a sedimento filtra, et spontanea evaporatione in crystallos redige. Coctione decomponitur in sal acidum solubile et basicum non solubile. Usus nullus.

MAGNESIA STIBIATA Ph. paup Hamb.

Rec. Magnes. albae Unc. semis, Tartari emeticici Gran. quatuor, m.

MAGNESIA SULPHURICA vid. Sal amarum (I, p. 299).

MAGNESIA SULPHURICA DEPURATA vid. Sal amarum depuratum (infra).

MAGNESIA USTA. Gebrannte Magnesia. Magnésie calcinée.

Synon.: Magnesia calcinata, s. pura, Oxydum Magnesii. Reine Bittererde. Magnésie pure.

Magnesiam albam per cribrum trajectam immittit in crucibulum Hassiacum novum (vel ad eundem usum tantum adhibitum) donec plane repletum fuerit, impone operculum sigulinum aptum et crucibulum in furnum anemium colloca. Prunis ardentibus circumjectis rubescat per horam dimidiad. Operculo caute, ne carbones incident, demto ex medio crucibulo spathulae ope pauxillum Magnesiae exime, in vitro probatorio primum Aquam, tum Acidum muriaticum affunde ex-

plorans, num effervescentia adhuc cieatur; quod nisi fit, Magnesiam totam ex crucibulo, inter prunas adhuc collocato, ope cochlearis ferrei, longo manubrio instructi, exime et in patinam fictilem conjice; in crucibulum vacuum iterum Magnesiam albam ope cochlearis ingere ad marginem fere, operculum impone, et iterum ure, quod nunc multo citius fiet. Magnesiam ustam interdum frigefactam cito lagenis vi treis optime muniendis conde. Post horae quadrantem vel dimidium (pro crucibili capacitate) explorationem alteram institue, Magnesiam ustam exime, Magnesiam albam iterum ingere, hasque operationes toties repete, donec justa praeparati moles obtenta fuerit, quam cito in lagenas ingere. **Part. const.** Magnesii et Oxygenii aequalia pond. mixt. **Vis:** antacida, absorbens, purgans.

Sit pulvis levissimus, albissimus, Acidis dilutis absque effervescentia ex toto solubilis, solutio cum Ammonio liquido saturata addita solutione Kali oxalici minime turbetur, quo facto Calcaria indicaretur.

Usus: in soda, flatulentia, ad purgandam alvum, in torminibus ventris infantum et dentitione gravi.

Codices in paranda Magnesia usta non nisi temporis spatio discrepant, per quod Magnesiam ura praecipiunt, plerumque nescii, quid sibi velit rubescientia per horas duas vel tres producta. Magnesia alba ustione in volumen angustius redigitur, atque in statum condensatum, quae Acidis solventibus tardius edicit. Hunc finem certissime summo ad albedinem usque igne per longum tempus producto attinges, nec vero diutina rubedine. Quum acidi carbonici jactura tantam spectatur, et hic nervus totius rei jacet, nostra methodus sufficit; quum vero Magnesia usta dura, gravis, postulabitur, vehementissimo calore

opus est. At solubilitas atque laxitas virtus potius, quam vitium esse videtur. Consuetudini et menti eorum, qui Magnesia utuntur, aliquid est tribuendum. (Cf. Magnesia **Henry**).

MAGNESIA VITRIOLATA vid. Sal amarum.

MAGNESIUM NIGRUM vid. Magnesia Vitriariorum (I, p. 176).

MALAS FERRI IMPURUS vid. Extractum Martis pomatum (p. 409).

MANGANESE ACETICUM, Essigsaures Manganoxydul, *Acetate de Manganèse*.

Rec. Manganesii carbonici (quod vide) q. v., solve in Aceto concentrato, filtra, et evaporatione in crystallos redige, tabulares, amethystini coloris, Aqua et Spiritu Vini facile solubiles.

MANGANESE CARBONICUM, Rohrensaures Manganoxydul, *Carbonate de Manganèse*.

Rec. Residuum ex paratione Gas Chlori ex Magnesia Vitriariorum et Acido Salis crudo; filtratione liquidum separa, hoc evaporatione rapida consume et igne forti funde in crucibulo Hassiaco. Iterum dissolve, filtra, et liquorem limpidum non calidum praecipita cum solutione Salis Sodaee quadratum sedimentum ensceitur, quod Aqua destillata bene lotum siccatur. Pulvis albidus vel leviter flavus, acidis cum effervescentia solubilis, ustione fuscescit. Ex Manganesio sulphurico crystallisato quoque praecipitari potest.

MANGANESE MURIATICUM, Chloratum Manganii, Salzsaures Manganoxydul, Chlormangan, *Chlorure de Manganèse*.

Rec. Residuum ex paratione Chlori cum Magnesia Vitriariorum atque Acido Salis, filtra, liquorem rapido igne consume, massam sicciam in crucibulo Hassiaco funde, solve, filtra, iterum ad crystallisationem redige. Sunt crystalli tabulares, quadratae, roseae, ad aërem expositae facillime humorem contrahunt, ergo serventur in vitro orifici amplioris epistomio vitro optimo munito.

MANGANESE SULPHURICUM, Sulphur das manganeticus, s. manganicus, Schwefelsaures Manganoxydul, *Sulphate de Manganèse*.

Rec. Magnesiae Vitriariorum, humecta Oleo Vitrioli in pultem liquidam, ingere in crucibulum Hassiacum (vel retortam fictilem, si Oxygenium vis colligere) et igne circumdato sensim aucto liquidum penitus consume, donec massa secca supersit (vel Oxygenii evolutio cessaverit); residuum contunde, Aqua destillata solve, filtra, et ad crystallisationem evapora. Crystallii decolores, plerumque laete roseae, Aqua facile solubiles, ad aërem fastigentes, ergo in vitro serventur.

MANNA METALLORUM vid. Calomel (p. 146).

MANNA TABULATA, *Mannata-festn.* *Tablettes de Manna.*

Rec. Mannae Calabr. Libr. unam et semis, coquendo solve in Aq. comm. Unc. sex, adde colatura Sacch. albi Unc. sex, coque ad consistentiam justam et effunde in modulos chartaceos tabulaeformes

MANNA TARTARISATA vid. Pastilli de Manna tartarisata.

MANNITUM, *Saccharum Mannae*, *Mannazucker*, *Mannastoff*. **Mannit**, *Mannite*.

Rec. Mannae in lacrynis quantum vis, immitte in cucurbitam vitream, et effunde Spiritum Vini rectificatum ut parum superemineat, miscelam calefac in balneo Aquae ad ebullitionem et sensim Spiritum affunde, donec Manna tota soluta fuerit. Citissime filtra. Liquor refrigeratus in massam fere solidam concrerebit. Hanc linteo inclusam fortiter exprime ut lixivium matris emanet. Placentam expressam leni calore exsicca et in pulverem contritam serva. Crystallos si exhibere vis, Spiritus Vini major copia est adhibenda et crystalli obtentae charta bibula impositae absque ulla pressione siccescant.

Liquores expressi destillatione Spiritum edunt et Manniti novam vim sed impuram, quae alteri praeparationi adjiciatur. Extrema lixivia matris ope eboris usci decolorentur. Crystallorum forma pro uso medico nullius est momenti, et praeparatum reddit pretiosius propter Spiritus magnam vim, quae exsiccatione in aëre dissipatur. **Part. const.** Carboni sex, Hydrogenii quatuordecim, Oxygenii sex pond. mixt. Vis laxans Mannae in eo habitare praedicatur, ab aliis negatur. Hauriatur semper in solutione adhuc calida. Medicamentum certioris dosis est, quam Manna nativa, feminis atque infantibus gratum atque aptum. Est pulvis albus, vel crystalli aciculares, sericeae, absque odore, saporis grati dulcis, aqua solubilis, Spiritu Vini frigido parum, servido persolubilis. Ph. Gall. 1837 recepit.

MANULUVIUM IRRITANS.

Pulv. Sinapeos Unc. tres, Aq. calidae q. s. ad manuluvium.

MARGARITAE PRAEPARATAE sicut Conchae præparatae (p. 193).

MARMELADA ADSTRINGENS vid. Conditum corroborans (p. 195), — **NEPHRITICA** vid. Conditum nephriticum (p. 195).

MARMELADA EXPECTORANS s. de ZANETTI.

Rec. Kermet. mineral. Grao. quatuor, Mannae in lacrim Drachm sex, Ol. Amygd. dule, Syr. scillit, Syr. Senegae aa Drachm. duas.

MARMELADA FEBRIFUGA vid. Linctus febrifugus.

MARMELADA de HAEN vid. Linctus.

MARMELADA IREOS SACCHARATA, s. Conditum Ireos saccharatum. Beilchenwurzel marmelade.

Rec. Rad. Ireos Flor. Libr. unam, Ciner. clavell. depur. Unc. unam, Rad. Scill. contus. Drachm. unam, Aq. comm. Libr. quatuor, digere blando igne donec mollesciant, trahice per cribrum, residuo novam Aquam infunde, macera, iterum colla; tum adde Sacchari, Syrupi simpl. aa Libr. tres, evapora ad spissam consistentiam, adde Extr. Martis pomati Unc. duas

MARMELADA STIMULANS.

Rec. Zingiber. pulv. Cochlear. minus, Mell. Narbon. Unc. sex, m.

MARMELADA TRONCHINI vid. Linctus laxans Tronchini (p. 507).

MARMELADA de ZANETTI vid. Marmelada expectorans

MARS SOLUBILIS vid. Tartarus chalybeatus.

MARS SOLUBILIS NITRATUS VOGLER WEILB.

Rec. Tartar. chalybeat. Unc. unam, Nitri Drachm. duas, Sacchar. albi Unc semis, m. in pulv.

MARS VITRIOLATUS vid. Vitriolum Martis.

MASSA DE ALTHAEA vid. Pasta Althaeae.

MASSA BALSAMI COPAIVAE Ph. Ham b

Rec. Balsami Copaivae Unc. duas, Magnesiae recenter ustae Drachm. unam, bene mixta seponantur, ut fiant massa consistentiae terebinthinae spissioris.

MASSA CAUSTICA v. Cataplasma Cantharidum (p. 154).

MASSA CAUSTICA ROUSSELOTI.

Rec. Arsenic. albi Drachm. duas, Cinnabaris Unc. quatuor, Sang Dracon. Unc. duas.

MASSA DESOBRSTRUENS vid. Pilulae solventes.

MASSA EPISPASTICA VOGLER WEILB.

Rec. Ferment. panis secalin. Unc. unam et semis, Farin. Sem. Sinap. Unc. semis, m.

MASSA AD FORNACEM, s. odorifera. Ölenlaß, Storar.

Rec. Pulv. Benzoës Unc. unam, Styracis Unc. semis, Terebinth. Venet. Drachm unam, Balsam. Indic. nigri Drachm. semis, Ol. Bergamott., — Lavendul. aa Gutt. viginti, — Caryophyll. Gutt. decem. Ph. Wirt.: Rec. Benzoës Unc. sex, Storacis Calamitae Unc. quinque, Ladani Drachm. sex, Terebinthinae Unc. semis. Pulverisata immittantur sartagini, atque in vas aquae bullientis demittantur, quo liquescant; liquatis adde Olei destillati Ligni Rhadii, — Caryophyllorum, — Lavendulae aa Scrup. unum, Balsami Indici nigri Drachm. unam et semis, Spodii nigri præparati Drach. duas; optime miscentur, et formentur ex massa cylindri, Cerae sic dictae Hi-panicae instar.

MASSA GUMMOSA s. Gummi Arabici vid. Pasta Althaeae.

MASSA LIQUIRITIAE FUSCA Ph. Paris. vet. Braune Läftrigenmasse.

Rec. Succi Liquiritiae Unc. octo, Gummi Arabici Libr. duas, Sacchari albi Libr. unam, Solvantur in Aquae communis q. s., coquuntur leni igne ad extracti solidi consistentiam, massam calentem supra tabulam marmoream Oleo Amygdalarum iunctam effundere et in bacilos, leni calore siccandos, atque calido loco asservandos, redige.

MASSA MERCURIALIS MOLLIS vid. Pilulae BELLOSTI.

MASSA MERCURIALIS SICCA vid. Mercruius gummosus.

MASSA ODONTALGICA VOGLERI WEILDI. Rec. Pulv. Mastiches, — Sandarac Drachm duas, — Sang. Dracon. Scrup. semis, Opii Gran. sex, Ol. Anthos Cutt. octo, Spir. Cochlear. q. s. ut fiat massa consistentiae emplastri. Formula brevior sistit: Sandarac part. duas, Mastich. part. unam, Spir. Vini rectiss. q. s. ad massam lentam, quae in dentes adesos immittitur.

MASSA PILULARUM BALSAMICARUM HOFFMANNI.

Rec. Extr. Absinth. Unc. semis, Myrrh. Drachm. tres, Aloës Drachm. unam, Pulv. Gentian. q. s.

† MASSA PILULARUM DE CYNOGLOSSO, Pilulae de Cynoglosso. Hundszungepillsen. Pilules de Cynoglosse.

Ph. Brunsv., Palat., Wirt.: Rec. Radicum siccator. Cynoglossi, Semin. Hyosciamini albi, Extr. Opii aq. aa Unc. semis, Myrrh. Drachm. sex, Olibani Drachm. quinque, Styrac. Calamit., Caryophyll., Cinnamomi aa Drachm. duas, fiat massa pilularum cum Succi Cynoglossi et Syrupi Violarum aa pond. aequali. Plurimae extant hujus formulae variantes, quas enumerare longum est.

† MASSA PILULARUM DE CYNOGLOSSO CUM CASTOREO, Hundszungepillsen mit Vibergöl.

Additae formulae antecedenti Croci, Castorei aa Drachm. duas.

MASSA PILULARUM FRANCOFURTENSIUM. Frankfurter Pillen, Postpillen.

Rec. Hb. Gratiolae Unc. duas, — Card. bened., — Centaur. min. aa Unc. unam, — Fumariae, Colocynth. aa Unc. unam et semis, Rad. Hellebori nigri Libr. tres, coq. cum s. q. Aq. comm. in colatura dissolvit Aloës Libr. septem, fiant pilulae pond. Gran. unius.

MASSA PILULARUM ceterarum vid. Pilulae.

MASTICATORIUM PRO EQUIS.

Rec. Lign. Lauri, — Jusiperi, Asae foetid., Hepat. Antimon., Rad. Pyrethri aa q. v.

MASTICATORIUM EXCITANS s. Pyrethri PEARSON. Reizende Raumasse.

Rec. Pulv. Rad. Pyrethri, Mastich. aa Drach. unani, fiat massa in duas partes aeq. dividenda.

MASTICATORIUM ZINGIBERIS BLACK.

Rec. Pulv. Rad. Zingib. Drachm. semis, Mastich. Drachm. unam et semis, f. pastilli sex.

MATERIA PERLATA KERKRINGI, Magisterium Antimonii dia-phoretici. Kerkring's Perlsmaterie, Antimonfäurehydrat, Matière perlée de Kerkringius, Acide antimonique.

Aquis ex lotione Antimonii diaforeticis (p. 37) obtentis instilla Spiritum Vitrioli (Acidum sulphuricum dilutum), quamdiu praecipitatum efficitur, quod in linteum collectum, et elotum calore medio sicetur. Jam dudum exolevit. Ph. Gall. 1837 item recepit.

MEDULLA BÖVIS PRAEPARA-TA. Präparites Öhsenmark. Moëlle de boeuf.

Rec. Medullam bovis, ex ossibus crassioribus recentem lenissimo calore (in balneo aquae) liqua, per linteum trahit atque leviter exprime. Sit coloris, odoris putridi vel rancidi vel empyreumatici plane expers. Paretur, quantum fieri potest, ex tempore.

MEL ACETI vid. Oxymel simplex.

MEL COLCHICI vid. Oxymel Colchici.

MEL SCILLITICUM vid. Oxymel Scillae.

MEL AEgyptiacum vid. Unguentum Aegyptiacum.

MEL ANTHOSATUM. Rosmarinhonig.

Rec. Florum Rorismarini recent. (vel si deficient, Herbae Rorismarini) Unc. octo, Aq. comm. serv. Unc. quatuor, Mell. despum. calent. Libr. duas, infunde in vitro, digere per dies 10 ad 12 in loco calido, denique in balneo Aquae fervidas, tum cola cum expressione.

MEL ARMORACIAE, Mährrettighonig.

Ph. Suec. Rec. Mell. albi Libr. unam, Succi expressi Armoraciae Unc. tres.

MEL BORACIS s. boraxatum. Borax honig.

Rec. Borac. pulv. Drachm. unam, Mell. despum. Unc. unam. Cf. Linctus de Borace.

MEL CHELIDONII Schöllfrauthonig.

Disp. Ful. Rec. Mell. crudi Libr. tres, Succi Chelidonii Libr. duas, coque donec spuma excerni desinet, cola per manicam et consume ad Syrupi spissitudinem.

MEL DESPUMATUM. Abgeschäumter Honig. Miel de-puré.

Synon.: Mel depuratum, Mellitum simplex, Syrupus Mellis. Gereinigter, gefärbter Honig. Mellite simple, Sirop de Miel.

Rec. Mellis crudi, bonae notae,
Libras duodecim,
Aqua comm. Libras quatuor,
leni calore solve.
Seorsum recipe
Albumina Ovorum gallinaceo-
rum quatuor,
et scopae salicinae ope cum
Aqua pauxillo pulsando in
spumam redige, cui inter per-
petuam agitationem caute at-
que sensim solutionem Mellis
adjice. Miscela igni imposita
ad albuminis coagulum calefiat
semel ebulliat, atque per ma-
nicam laneam trajiciatur. Li-
quidum ab initio transmissum
tanidu in manicam refunda-
tur, donec limpidum transierit.
Quum totum filtratum per ma-
nicam fuerit, in abeno staneeo
lenissimo calore et absque ulla
ebullitione diligenter spathula
agitatum evaporet, ut frigefac-
tum Syrupi spissioris consis-
tentiam habeat. *Vis:* resol-
vens, bechica, sublaxans, ma-
turans.

Sit liquor syrupiformis, limpidus.
coloris laete flavi, saporis dulcissimi
blandi, odoris mellitici. Ex laboran-
tis incuria interdum color intense fus-
cus et sapor adustionis progignitur;
ex Mellis crudi prava indole acidum
adesse potest. Hae quidem praepara-
tiones rejiciantur.

Usus: pro Syrupo vilitatis causa
in pauperum curatione adhibetur;
in tussi catarrhali, alvi segnitie, ad
maturandos abscessus et in elysmata-
bis eccoproticis.

In depurando Melle hoc potissimum
spectetur, ut genuini Mellis, quod dicitur
virgineum, indoles obtineatur. Ergo longa
evaporatio, qua color detrimentum capit,
ideoque aquae addendae nimia copia caute
sunt evitanda. Aquae triens Saccharo de-
purando quoque in officinis saccharariis

additur; sufficit praeterea pro solutione
et colatione, quare hanc rationem am-
plexi sumus. Mellis aciditas, ex acido lac-
tico oriunda, Cretae pauxillo addito bene
corrigitur, at Calcaria lactica Mellii despum-
ato inest, eique vim laxantem, ab hoc
acido allatam, conservat. Ne nimium eva-
poratione spissescat et sensim saccharum
grumosum in urceis, in quibus asservatur,
demittat. Nimium tenue et loco non satis
frigido repositum fermentationem subit.

MEL GLYCYRRHIZATUM s. Liquiritiae
Süßholzhonig.

Ph. Polon. Rec. Rad. Liquirit. Unc. octo,
Aq comm. serv. Libr. tres, liquor expressus
evaporet ad remanent Unc. quatuordecim, qui-
bus adde Mell. albi Libr. quinque, mixta co-
que leni igne ad Syrupi spissitudinem. Ph.
Hamb. prope accedit.

MEL HYDRARGYRI s. mercuriale
Mercurialhonig.

Rec. Mercurii vivi, Mell. despum. $\frac{1}{2}$ par
pondus, tritura ad extinctionem.

MEL MERCURIALIS ANNUAE. Bingel-
trauhonig.

Rec. Succi Hb Mercurial. annuae, Mell.
albi $\frac{1}{2}$ pond. aequalia, coque inter despuma-
tionem ad Syrupi consistentiam. Ph. Gall.
1837 recepit.

MEL MERCURII DULCIS s. cum Ca-
lomelle.

Rec. Calomell. Drachm. unam ad duas, Mell.
despum. Unc. unam, misce tritando.

MEL MORORUM Maulbeerenhonig.

Pb. Hisp. Rec. Succi Moror. Libr. unam,
Mell. albi Libr. duas, Aq. comm. q. s., co-
que ad Syrupi spissi consistent.

MEL RORISMARINI vid. Mel anthosatum.

MEL ROSATUM. Rosen-
honig. *Miel rosat.*

Synon.: Mel rosaceum, s. de Rosis.
s. Rosae Gallicae, Rhodomel, Mellitum
Rosarum, Mellitum cum Rosis rubris.
Mellite de Roses rouges.

Rec. Florum Rosarum incarna-
tarum siccatarum Uncias octo,
affunde Aqua comm. fervidae
Libras quatuor,
sepone per noctem, tum cola
cum expressione. Liquor inde
obtentus cum

Mellis despumati Libris octo
mixtos leni igne ad Syrupi
spissitudinem evaporet. Serva
loco frigido. *Vis:* abstergens.

Sit limpидum et coloris fusci, odoris ac saporis empyreumatici vel acidius expers.

Usus: externus ad aphthas oris, aliaque ulcuscula depuranda.

Plurimi Codices Germaniae e. gr. Bor., Hann., Hamb., Hass., Oldenb., Saxon., Slesv., Hols., praeterea Fenn., Suec. hanc formulam bene concinnam receperunt. Alii Flores Rosarum recentes postulant, quae neque semper, neque ubique terrarum praesto sunt, ideoque quum bene siecatis non antecellant, derelinquendi. Alii denique Flores Rosarum rubrarum volunt, maiore virtute adstringentes praeditos. Hoc quidem ex arbitrio scriptorum pendet, sumantne Rosas pallidas an rubras. Ponderum varietates referre operae pretium vix est Ph. Gall. 1837. Flor. Rosar. rubr. partem unam, Aquae servid. Mel despum. $\frac{1}{2}$ part. sex. Ph. Edinb. Rosar. part. unam, Aq. serv. part. duodecim, Mell. despum. part. sedecim, cett.

MEL ROSATUM SOLUTORIUM

Rec. Succi Rosar. incarnat. Libr. tres, Mell. albi Libr. duas, coctione ad justam consistiam consumte. Ph. Sard. Mellis et Succi par pondus.

MEL RUBI IDAEI Honig.

VAN MONS: Rec. Succi Bacc. Rubi Idaei rec. express. part. unam, Mell. albi part. tres, misce frigide, seponere et decantha.

MEL SAMBUCI Hollunderhonig.

α) cum Floribus Ph. Wirt. Rec. Flor. Sambuci recent. Libr. unam, maicerentur in Mell. despum. Libr. duabus in vase vitro, additis Aq. Flor. Sambuci Unc. sex, tum coque blando igne, cola cum expressione et ad justam consistentiam redige β) cum Baccis. Ph. Hisp. Rec. Succ. Bacc. Sambuci express., Mell. albi $\frac{1}{2}$ Libr. duas, Aq. q. s., coque ad Syrupi consistentiam, cola.

MEL SAPONIS vel rectius SAPONATUM

Rec. Sapon. commun., Mell. crudi $\frac{1}{2}$ Unc. quatuor, Sal. Tartari Unc. semis, Aq. Fumar. Drachm. duas.

MEL SCILLAE COMPOSITUM Ph. Amer. Zufammengefügter Meerzwiebelhonig.

Rec. Rad. Scillae sicc. et contus., Rad. Se negae $\frac{1}{2}$ Unc. quatuor, Aq. commun. Libr. quinque et Unc. quatuor, coque blando igne ad dimidias partis aquae consumptionem, cola, adde Mellis despum. Libr. duas, dein coque ad Libr. quatuor, et hujus Syrupi Libris singulis adde Tartari emeticici Gran. tria.

MEL TEREBINTHINATUM Honig mit Ter penthinöl.

Rec. Mell. albi Unc. unam, Ol. Terebinthinae Drachm. duas.

MEL VIOLARUM paretur sicut Mel rosatum substituendo Flores Violarum in locum Florum Rosarum.

MELILOTINUM vide Coumarinum (p. 207)

MELLAGO GRAMINIS, — TARAXACI vide Extractum Graminis, — Taraxaci liquidum.

MELLICRATUM vid. Hydromel.

MELLITUM vid. Mel.

MELLITUM DE ACETATE CUPRI vid. Unguentum aegyptiacum.

MENISPERMIUM vid. Coccum (p. 185).

MENSTRUUM AURI vid. Aqua regis (p. 87).

MEPHITIS HEPATICA vid. Aér hepaticus (p. 27)

† MERCURIUS ACETATUS s. aceticus, Protoacetas Mercurii, Acetis Hydrargyri s. hydrargyrosus, Hydrargyrus acetatus s. aceticus, Sal Mercurii aceto-sus. Sperma Mercurii, Terra foliata Mercurii s. mercurialis. Essigsaures Quecksilberoxydul. Acétate de Mercure, Acétate de Protoxide de Mercure, Terre foliée mercurielle.

Rec. Mercurii nitrosi crystallisati Unc. semis, in mortario tritum dissolve in Aquae destillatae, cum guttulis Acidii nitrici puri acrifactae, Unc. tribus (filtratione si opus fuerit), et solutioni adjice Liquorem Terrae foliatae Tartari quandiu praecepitum album efficiunt; tum parum adhuc adde ut aliquantulum exceedat. Sedimentum interduin agitatum stet per aliquot horas, tum in filtro colligatur, Aqua destillata frigida abluitur, et charta bibula involutum exsiccatur absque calore et a luce praeclusum. Siccum servetur in vasis luci imperviis, cuius accessu cinerascit et decomponitur.

Sit pulvis albus, splendoris sericei, Spermatis Ceti similitudinem referens; aqua frigida parum dissolvitur, servida uberior sed cum decompositione quadam. Hac de ratione minime conductit Saliuum solutiones servidas vel calidas commiscere, ex quo magna praeparati jactura efficitur. Sedimentum scilicet griseum, Mercurio vivo gravidum, efficitur, et Oxydum Mercurii solutione continetur. Solutio Terrae foliatae Tartari a Chloridis sit libera oportet, quod solutione Argenti aceticci exploratur. Guttulas acidii aceticci antea addere non improrium est. Ex solutionibus dilutionibus praecepitum magis lamellosum enascentur. Constat ex Acidii aceticci et Oxyduli Mercurii singulorum uno pondere mixtioris. Aquam non continent.

† MERCURIUS ACETATUS OXYDATUS. Essigsaures Quecksilberoxydul. Acétate de Peroxyde de Mercure.

Mercurius praecipitatus ruber Acido acetico dilute caloris ad miniculio solvatur, solutio parum evaporet ut crystalli tubulaeformes exoriantur, quod quidem satis difficile cedit. Usus nullus. Cetera omittamus.

MERCURIUS ALCALISATUS CUM CRETA, Hydrargyrum cum Creta, Aethiops alcalisatus, Pelvis Mercurii et Cretae. Merfur mit Kreide, Alkalifürter Merfur.

Ph. Lond. 1836. Rec. Mercurii vivi Unc. tres, Cretae praeparatae Unc. quinque, tritura ad perfectam extinctionem. Alii Oculos Canorum loco Cretas ponunt, e. gr. Ph. Ful., Wirt. — Ph. Dubl. Mercur. vivi, Mannae Unc. unam, Cretae praep. Unc. semis, adde Aquae pauxillum ad Syrupi consistentiam, et ad Mercurii extinctionem optime contere; denique cum Aqua servida elutria pulverem in filtrum, Mannam penitus ablue et residuum exsicea.

MERCURIUS ALCALISATUS CUM MAGNESIA, Hydrargyrum cum Magnesia. Magnesiamerfur.

Disp. Lipp. Rec. Mercurii vivi Unc. semis, Magnesiae albae Unc. unam, contere ad extinctionem. Ph. Dubl. sicut Mercurius alcalisatus cum Creta ejusd. Pharm., substituendo Magnesiam in Cretae locum.

MERCURIUS CUM ANTIMONIO vid. Aethiops antimonialis (p. 28).

† MERCURIUS BORAXATUS, Boras Hydrargyrum, Sal sedativum mercuriale. Boraxaures Quicksilberoxydul. *Borate de Mercure.*

In solutionem Mercurii nitrosi frigidam et saturatam instilla solutionem Boracis Venetiae concentratam, quamdui praecipitatum efficitur, quod in filtro collectum, parum lavatur atque siccatur.

HENRY et GUIBOURT praecipiunt Boracis part. 15 et Mercurii sublimati corrosivi part. 34, singula scorsum soluta commisceri, et praecipitatum enatum bene lotum siccari. Usus nullus.

† MERCURIUS BROMATUS, s. Bromidum Hydrargyri, Bromidum hydrargyricum. Quicksilberbromid, Bromquecksilber. *Perbromure de Mercure.*

Rec. Bromi Drachmas tres; in lagenam epistomio vitro munitam immisis adde Aquae destillatae Uncias tres, tum Mercurii vivi depurati Unciam dimidiad. Miscelam optime exagita donec Mercurius disparuerit, tum calefac ad ebullitionem, adice Aquae destillatae tantillum, ut omnia soluta sint et filtra fervida. Crystalli enascuntur in refrigerio, tenues argentei splendoris, saporis styptici metallici, aqua parum solubiles, Spiritu Vini et Naphtha persolubiles; aestu ex toto avolent. Con-

stat ex Mercurii uno, Bromi duobus Pond. Mixt. (Hinc inde in Syphili debellanda tentatum).

† MERCURIUS BROMOSUS, Brometum hydrargyrosum. Quicksilberbromid, Einfach Bromquecksilber.

Bromure de Mercure.

Rec. Kalii bromati quantum vis, solve in Aquae destillatae decuplo, tum sensim inter agitationem instilla Solutionem Mercurii nitrosi, cavens ne Kalium bromatum penitus decomponatur et Mercurius nitrosus excedat. Sedimentum in filtro collige, et Aqua destillata bene lavatum secca.

Sit pulvis albus vel leviter flavidulus, aqua non solubilis, igni volatilis. Constat paribus Ponder. Mixt. Mercurii et Bromi. (Mercurius nitrosus addatur Kalio bromato, nec vice versa, ne Mercurius nitrosus excedat, et sedimentum inquinet; hac de ratione Kalii bromati aliquantulum indecompositum exeat, et ex aquis lavatoris Bromum quovis modo potest recuperari).

† MERCURIUS CALCINATUS vid. Mercurius praecipitatus ruber

† MERCURIUS CAUSTICUS FLAVUS vel LUTEUS vid. Turpethum minerale.

† MERCURIUS CARBONICUS, Carbonas hydrargyrosus, Kohlenfaures Quicksilberoxydul; *Carbonate de Mercure.*

Rec. Mercurii nitrosi quantum vis, dissolve in Aquae destillatae decuplo additis guttulis quibusdam Acidi nitrici diluti ad solutionem promovendam, tum solutione Natri carbonici penitus praecipa.

Sedimentum album, coctione gas carbonicum evolvens et cinerascens, praecipitante expediente iterum dissolvi dicitur.

† MERCURIUS CINEREUS BLACKII, Oxydum Hydrargyri cinereum (Edinb.), Black's grauer Quicksilberalkali.

Rec. Mercurii nitrosi crystallisati Drachmam unam, dissolve in Aquae destillatae Unc. tribus ope guttularum Acidi nitrici diluti, filtra si opus fuerit, et adjice Liquorem Ammonii carbonici aquosum, quamdui praecipitatum efficitur. Sedimentum in filtro collige, Aqua destillata optime lava et aeris accessu exsicca.

Sit pulvis griseus, acidis additis effervescentiam ciat, aestu expositus plane avolat; contritus Mercurii vivi globulos interdum exhibet. Ph. Edinb. recepit. Exolevit propter incertam indolem.

† MERCURIUS CINEREUS MOSCATI, Mercurius solubilis Moscati, Hydrargyrum oxydulatum Moscati, Oxydum hydrargyrosum (Succ.), Moscat's schwarzes Quicksilberoxydul, Moscat's grauer Quicksilbersalz. *Mercure gris de Moscat.*

544 MERCURIUS CINEREUS SAUNDERI — MERCUR. CYANATUS

Rec. Calomellis subtilissime pulverati q. v.. immittit in mortarium et cum Aquae destillatae pauxillo optime in lac contere, ut penitus humectatum et aequabiliter divisum sit. Miscelam ad modum elutriationis in lagenam vitream infunde, et portiunculas in mortario residuas strenua contritione divide. Aquam elutriatoriam post subsidentiam pulvis effunde, et adde Lixivii caustici vegetabilis quantum sat, ut hoc fortius praevaleat, quod sapore caustico cognoscitur. Lagenam clausam sepone interdum agitandam per aliquot horas, tum sedimentum atro-cinereum in filtrum effunde, curam gerens, ut particulae grossiusculae, quae inum petierint, remaneant in lagena. Sedimentum Aqua destillata sedulo lava, et charta bibula involutum ad aërem exsica, calore artefacto evitato.

Est pulvis atro-cinereus contritus Mercurii vivi globulos conspicuos non exhibeat. Mercurii Oxydulum esse putatur, sed facilime in Oxydum et Mercurium vivum abit. Acido nitrico diluto plane solvatur.

Ph. Amer., Austr., Boruss. ed. 3, Fenn., Ferrar., Parm. receperunt. Preparatum ejusdem indolis obtinetur, si Aquam Calcariæ in locum Lixivii caustici substitueris. Aquae Calcis partes centum et sexaginta immittit in lagenam bene claudendum, et adde Calomellis partem unam, cum Aqua destillata ante bene humectatam. Miscelam concute donec nigrefacta sit. Sedimentum in filtro collectum bene lava, et sicca. Pulvis atrogriseus sicuti praecedens. Coctione instituta pulvis magis decomponitur et Mercurius solubili MASCAGNI exit. Ph. Lond. 1809, 1824 hanc formulam receperunt, 1836 omisit.

† MERCURIUS CINEREUS SAUNDERI, Saunder's grauer Quecksilberfalf, Saunder's schwarzes Quecksilberoxydul.

Rec. Mercurii nitrosi crystallisati Unciam unam; tritum in mortario dissolve in Aquae destillatae, parum acido nitrico aerefactae, pondera decuplo. Seorsum dissolve Salis communis Unciam dimidiam in Aquae communis Uncii sex, et solutionem Mercurii sensim adde solutioni Salis communis, nec vice versa. Assunde aquae communis magnam vim, et post subsidentiam effunde aquam innatantem; hanc operationem toties repeate, donec aqua emanans penitus insulsa atque pura appareat. Sedimento adhuc humido adjice Spiritum Salis Ammoniaci caustum, ut valde excedat; miscelam concute et sepone interdum exagitandam per aliquot horas. Praecipitatum cum Aqua destillata lava per elutriationem, tum in filtro collige et bene eguttatum sicca intra chartam libulam absque calore adhibito.

Est pulvis ater vel leviter cinerascens. Ex Calomelle et Amido Mercurii constare putatur.

Mercuriorum trium cinereorum, quos descripsimus, usus novissimis temporibus plerumque desit et Mercurio solubili HARNEMANNI cessit.

† MERCURIUS CORALLINUS vid. Mercurius praecipitatus ruber.

† MERCURIUS CORROSIVUS FLAVUS vid. Turpethum minerale, — RUBER vid. Mercurius praecipitatus ruber, — SUBLIMATUS vid. Mercur. sublimat. corrosivus.

† MERCURIUS COSMETICUS vid. Mercurius praecipitatus albus.

MERCURIUS CUM CRETA, — CRETAEUS vid. Mercurius alcalisatus cum Creta.

† MERCURIUS CYANATUS, Hydrargyrum cyanatum, Mercurius borussicus. Cyanquedsilber, blaues Quicksilber. Cyanure de Mercure.

Rec. Kali borussici venalis Uncias sex, contunde in pulverem grossiusculum et in retortulam vitream aptam tubulatam immittit. Ad retortæ collum adaptetur ope epistomii suberini tubus vitreus in angulum rectum incurvus, cuius crus descendens in Aquae destillatae Uncias sex imergat. In tubulo retortæ tubus vitreus, qui securitatis dicitur, adsit, per quem affundatur in retortam miscela frigefacta ex Olei Vitrioli et Aquac communis $\frac{1}{2}$ Uncii tribus. Agitatione misce. Retortulam tum in balneum arenae colloca et cauta distillatione, subdiu instituenda, Acidum hydrocyanicum evoca usque ad siccum. Vasi excipienti aqua frigida circumdetur. Acidi obtenti Unciam unam sepone, residuum cum pari pondere Aquae dilue et sensim adice Mercurium praecipitatum rubrum (Oxydum rubrum) quamdui hoc dissolvitur. Si Oxydum rubrum dissolvi recusatitur et liquor odorem adhuc hydrocyanicum retinebit, Aqua destillata est addenda et denudo concutiendum; si vero odor hydrocyanicus quoque disparuerit, liquor filtrandus est, et Acidi hydrocyanici, quod in hunc finem reponebatur, tantillum addendum ut odor hydrocyanicus post mixtionem remaneat. Liquor limpidissimus in patina sinensi evaporet ad crystallisationem. Crystalli collectae rite siccatae caute serventur. Liquor residuus evaporatione reductus crystallos iterum emitte, quae simili modo colligantur. Lixivium matris pro altera paratione, signo affixo, reponatur. Constat ex Mercurii uno et Cyanogenii duobus Pond. Mixtionis, absque aqua.

Vis: Mercurii sublimati corrosivi, cuius loco quoque in rem medicam introductus est, quia facilius dissolvitur, absque decompositione cum extractis consociatur, et dolores epigastricos minus excitare praedicatur. Sunt crystalli decolores, rectanguli-prismaticae, splendore subadaman-tino nitentes, in aquae octuplo calore medio solubiles, in aqua fervida persolubiles,

MERCURIUS CYANAT. BASICUS.— MERCUR. IODAT. FLAV. 545

Spiritu Vini parum; aestu expositae ad aërem penitus diffugiant.

Mercurius cyanatus diversis adhuc methodis parari potest, quamquam secundum viam modo exhibitam facilissime purus obtinetur, neque adulterii periculum adest. Ex Desfossii praeceptis tali modo paretur: Mercurii vitriolati oxydati Unciae tres injiciantur in solutionem Kali borussici venalis Unciarum duarum in Aquae destillatae Uncūs quindecim et miscela coquatur per horae quadrantem, tum fervida filtretur, et refrigerio crystallos demittat. Liquor evaporatione reductus crystallos iterum edit, quae denique impuræ exuent. Ex lixivio matris desiccato Mercurium cyanatum ope Spiritus Vini extrahere operae pretium non est. Propter hoc incommodum pro regula normali haec methode commendari nequit. Denique ex Coeruleo Berolinensi, si satis purum prostat, quod Parisiense dicitur, paratur Mercurius cyanatus. Rec. Coerulei Berolinensis puri, vel cum Acido sulphurico diluto loti, Uncias quatuor, Mercurii precipitati rubri Uncias tres, intime contere in pulverem subtilissimum supra porphyritem, tum coque cum sextuplo pondere aquae destillatae, donec color coeruleus in fuscum conversus sit, filtra fervida, residuum coque cum aqua, iterum filtra, liquores filtratos evapora, ut crystalli enascantur, quae altera solutione depurentur si opus est. Liquor coloratus ferrum indicat, quod Oxydo Mercurii rubro ejici potest; si crystalli non oriuntur, sed efflorescentia incipit, Acidi hydrocyanici additione opus est.

† MERCURIUS CYANATUS BASICUS. Basisches Cyanqueßsilber. Oxydcyanure de Mercure. Cyanure basique de Mercure.

Rec. Mercurii cyanatus partes centum, digere cum Mercurii precipitati rubri partibus viginti duabus et Aquae sufficiente copia, filtra et leni calore consume ad siccitatem.

A PARENTIO laudatum, at minime receputum est.

MERCURIUS DEPURATUS vid. Mercurius vivus depuratus.

MERCURIUS DIAPHORETICUS KLEINII.

Rec. Calomellis, Sulphur. aurat. Autimon. Gran. tria, Camphor. Gran. unum, m. f. pulvis pro dosi. Si diureticus desideratur adde Milleped. Gran. quindecim, Sal. Succin. volat. Gran. duo.

MERCURIUS DULCIS vid. Calomel (p. 146).

MERCURIUS DULCIS MARTIATUS, Murias Hydrargyri ferratus, Calomel ferruginosum. Calomel mit Eisen.

Rec. Calomell. Gran. sex, Aethiop. marzial. Gran. unum. CADLT: Calomell. Gran. tria, Sal. Ammon. martiat. Gran. unum, m.

MERCURIUS EMETICUS FLAVUS vid. Turpethum minerale.

† MERCURIUS FLUCTUANS GUIDOTTI.
Ph. Parm.

Rec. Mercur. sublim. corros. Drachm. duas, Mellis Unc. tres, Aq. destill. Libr. duas, misce, digere per 15 dies, filtra.

MERCURIUS GLYCYRRHIZATUS s. cum Liquiritia, Succus Liquiritiae mercurialis.

Rec. Mercurii vivi depur., Succi Liquir. depur. sicc. ad par pondus, tritura ad extincionem usque.

MERCURIUS GUMMOSUS PLENCKII, Mucilago Hydrargyri s. mercurialis. Plenk's Quecksilber schleim. Mucilage mercuriette.

Rec. Mercurii vivi depurati Drachm. unam, Pulv. Gummi Arab. Drachm. duas, tere in mortario lapideo cum Aq. dest. Drachm. una, donec globuli omnes disparuerint. Pareto ex tempore. Disp. Lipp. Mercur. vivi Drachm. unam, Gummi Arab. Drachm. tres, Syr. Diacodii Unc. semis.

† MERCURIUS HYDROCYANICUS vid. Mercurius cyanatus p. 78).

† MERCURIUS IODATUS FLAVUS, Iodetum hydrargyrosum, Hydrargyrum subiodatum, Quecksilberjodür, Halbjodquecksilber.

Protoiodure de Mercure.

Rec. Mercurii vivi depurati Unciam unam, Iodi Drachmas quinque, in mortarium lapideum immisis adsperge guttulas Spiritus Vini rectificatissimi et assidue contere, donec miscela colore flavo-vividulum induerit, et Mercurii globuli penitus disparuerint. Exsicea in loco tepido et pulverem obtentum in vasis luci imperiis serva. Sit pulvis olivaceus, Aqua et Spiritu non solubilis; ignitus partim decomponitur, lucis aditu colore intensorem induit, et decompositionem indicat. Pond. spec. 7,75 Constat ex Iodi et Mercurii binis Pond. Mixt.

In parando Iodureto Mercurii ad methodum exhibitam animadvertisendum est, non nimias copias, 6 ad 7 Uncias superantes, simul in opus vocari, quia jacturae, imo explosionis periculum adest. Ponderum rationes exactissime ponderibus chemice aequivalentibus respondent. Ph. Gall. 1837 Mercurii 100, Iodi 62 praecepit, quae ratio eadem est atque nostra. Per praeceptionem ex Mercurio nitroso et Kalio iodato non bene paratur: mixtum scilicet Mercurii iodati flavi et rubri obtinetur. Acidum enim nitricum, quod in Mercurio nitroso semper excedit, Iodi aliquantulum praecipitat, idque cum Iodeto connubium habet eo tempore, quo Iodidum efficitur.

546 MERCUR. IODATUS RUBER. — MERCUR. NITROS. CRYST.

Rarius adhibitum in re medica, quam Mercurius iodatus ruber, et propter Calomel plane est supervacaneum.

† MERCURIUS IODATUS RUBER,
Iodatum hydrargyricum, Hydrargyrum biiodatum s. periodatum, Acidum Iodo-hydrargyricum. Quecksilberjodid, Doppelesjodquecksilber. Deutojodure de Mercurie, Iodure mercurique.

Rec. Mercurii sublimati corrosivi Unciam unam, solve in Aquae destillatae calidae Uncis sedecim, (filtra, si opus erit); seorsum solve Kalii iodati Drachmas decem in Aquae destillatae Uncis quatuor, solutiones simul in vas idem conjice et agitatione misce. Sedimentum enatum in filtro chartaceo collige, aqua destillata probe ablue et sicca.

Sit pulvis laete coccineus, imo cinnabarinus, Aqua non solubilis. Spiritu Vini, solutione Kalio iodati vel Mercurii sublimati corrosivi solubilis, facile liquandus, et sublimatione in crystallos citrinos redigendus, quae contritae vel fissae tantum colorem coccineum iterum induunt. Pond. spec. 6,32. Constat ex uno Mercurii et duobus Iodi Pond. Mixt.

Vis et usus Mercurii sublimati corrosivi in syphili cum serophulosi juneta.

In praeципitatione Mercurii iodati rubri proportiones chemicae accurate observentur opus est. Si Mercurius sublimatus corrosivus excedit praecipitatum pallidum exit, hoc scilicet quasi involutum; si Halium iodatum superest, praecipitati non levis pars dissolvitur et cum aquis lavatorii deperditur. Nihilominus certius agitur, Kalii iodati quam Sublimati superaddere aliquid. Ex partibus constitutis extemplo componi potest Mercurius iodatus ruber. Rec. Mercurii vivi depurati Drachmas decem, Iodi Drachm. duodecim et dimidiam, guttulas Spiritus Vini adsparge et assidue contere, dum miscela colorum rubicundum induerit. Calore Iodum, quod excedit, abige. Coloris est sordidioris, quam qui praecepitatus est. — Per sublimationem paratur ex Mercurio vitriolato oxydato et Kalio iodato intime mixtis. Crystalli primum flavae cito in rubicundum vergunt. Praecepitatio facilior est exercenda et praeparatum edit splendidum atque purissimum.

† MERCURIUS IODATUS RUBER CUM KALIO IODATO, Quecksilberjodid = Jodfalsum. Iodure de Mercure avec le Iodure de Potassium.

Rec. Mercurii vivi depurati Drachm. decem, Iodi Drachm. duodecim et semis, Spiritu Vini adspersa optime contere donec in connubium coierint, tum adde Kalii iodati U.c duas, et Drachm. semis, iterum misce, totum in

Aquae calidae s. q. solve, filtra, et liquorem filtratum spontaneae evaporationi in loco tepido expone. Ohtinentur crystalli aciculares deliquescentes. Constat ex duobus Mercurii iodati rubri et uno Kalii iodati Pond. Mixt. In phthisi pulmonali hinc inde adhibitus est.

MERCURIUS LIQUIDUS vid. Aqua mercurialis (p. 78).

MERCURIUS CUM MAGNESIA vid. Mercurius alcalisatus cum Magnesia (p. 543).

MERCURIUS MELLITUS, Hydrargyrum mellitum. Quecksilberhonig. Mercure au miel.

Rec. Mercurii vivi depurati, Mellis albi par pondus, assidua trituratione junge.

MERCURIUS MURIATICUS vid. Calomel (p. 146) vel Mercurius sublimatus corrosivus.

MERCURIUS NIGER MOSCATI vel SAUNDER vid. Mercurius cinereus, etc.

† MERCURIUS NITROSUS CRYSTALLISATUS, Hydrargyrum nitricum oxydulatum, Nitrashydrygrosus cum aqua. Sal-petersaures Quecksilberoxydul. Nitrate de Mercure.

Rec. Mercurii vivi depurati Unciam unam, in cucurbitam immisso affunde miscelam ex Acidi Nitrici puri Uncia una et Aquae destillatae Uncis tribus, et sepone in locum frigidum per aliquot dies, donec crustae saline exoriri et vapores gas nitrosi exhalari desierint. Tum cucurbitam in balneum aquae impone, ut crustae saline in liquore excedente lenissimo calore solvantur, et liquorem cito effunde vel per chartam filtra, si opus est. Liquor frigefactus crystallos albissimos large emittit. Liquorem crystallis innatantem in patina sinensi cum Mercurii vivi residuo cauta evaporatione aliquantulum consume, effunde a Mercurio in vas alterum, ut crystallos iterum deponat, et ita perge Mercurii, si deest, aliquid addens, donec liquor fere totus in crystallos mutatus fuerit.

Sunt crustae crystallinae, densae, imbricato-lamelliformes, absque maculis conspicuis flavis vel cinereis, aqua destillata solubiles et sedimentum parvum albidum nec flavum demittentes. Solutione Salis communis large addita Mercurius totus ex solutione praecepitur. Constat ex Mercurii oxydulati et Acidi nitrici singulo, Aquae binis Pond. Mixt. Usus: ad parandum Calomel via humida, Mercurium solubilem Hahnemann, Mercurium cinereum, etc.

Nostra methodus justum medium tenet inter frigidam et calidam, quam dicunt. Mercurius nitrosus frigida reactione paratus continet maculas et strias flavas salis basici, imo cinereas Mercurii vivi inclusi

nec soluti. Solutione Sal basicum neutrum fit et Mercurii particulae excludunt.

Cocitione facile Oxydum Mercurii efficitur, et sal basicum Mercurii nitrosi; praeterea acidi nitrici facile jactura oritur.

† MERCURIUS NITROSUS CALIDE PARATUS, Nitras hydrargyrius acido nitrico solutus, Hüttenberetes salpetersaures Quecksilber. *Deutonitrate acide de Mercure liquide, Nitrate de Mercure liquide.*

Rec. Mercurii vivi depur. Unc. unam, Acidi nitrici Unc. duas; solve Mercurium et evaporatione liquidi quadrantem in auras abige. Supersint ergo Unc. duas et Drachm. due. Ph. Gall. 1837 hanc formulam praecepit. (Cf. Liquor Mercurii nitrici oxydati (p. 525).

† MERCURIUS NITROSUS OXYDATUS, Salpetersaures Quecksilberoxyd, *Nitrate de Peroxide de Mercure.*

Rec. Mercurii vivi depurati quantum vis, Acidi Nitri dupluni, caloris ope solutionem promove, post solutionem coque, donec vapores rubicundi Gas nitrosi non amplius emergant. Baculo vitro immerso guttulam exime, et solutione Salis communis explora, num adhuc praecipitatum album efficitur; quod si sit, Acidi nitrici aliquantulum addatur et denuo coctio instituatur, donec reactio illa cesseat. Evaporatione crystalli fiant, persolubiles, saporis austeri metallici.

† MERCURIUS NITROSUS SELLII.

Rec. Mercurii nitrosi calide parati guttas viginti quatuor, Aquae Rubi Idaei Unc. unam.

† MERCURIUS PHOSPHORICUS OXYDATUS, Phosphas hydrargyricus. Phosphoriares Quecksilberoxyd. *Phosphate de Peroxide de Mercure.*

Rec. Mercurii sublimati corrosivi Unc. unam, solve in Aquae destillatae Unc. viginti, instilla solutionem Natri phosphorici concentram, quamdiu praecipitatum album enascitur, quod in filtro collectum et bene lotum sicetur. Sapore habet styptico metallicum, acido phosphorico dissolvitur. WILHELMI quondam solutionem salis istius in acido phosphorico adhibuit; at hodie plane derelicta est.

† MERCURIUS PHOSPHORICUS OXYDULATUS, Phosphas hydrargyrosus. Phosphoriares Quecksilberoxydul. *Phosphate de Protoxide de Mercure.*

Rec. Mercurii nitrosi crystallisati partem unam, dissolve in Aquae destillatae, Acido nitrico parum arefactae, partibus octo, et solutionem adjice Natri phosphorici, dum sedimentum album exoritur, quod rite in filtro collectum et lotum sicetur. Pulvis albus, saporis nullius; acido phosphorico excedente non solubilis.

† MERCURIUS PRAECIPITATUS ALBUS. Weißer Prächtigpräcipitat. *Précipité blanc.*

Synon.: Hydrargyrum ammoniato-muriaticum, Hydrargyrus praeципитatus albus, Hydrochloratum Ammonii cum Oxydo hydrargyrico, Hydrochloras hydrargyricus cum Oxydo hydrargyrico ammoniato, Submurius Hydrargyri ammoniati, Oxichloratum Hydrargyri ammoniacale, Mercurius cosmeticus, Calx Hydrargyri alba, Lac mercuriale. Salpetersaures Quecksilberoxydammontaf, Quecksilberprächtigpräcipitat.

Oxichlorure ammoniacal de Mercure, Murate ammoniaco-mercuriel insoluble, Mercure de vie, Set Atembroth insoluble.

Rec. Mercurii sublimati corrosivi Unciam unam, solve in Aquae destillatae Unciis viginti. Solutioni frigidae instilla Spiritum Salis Ammoniaci caustum, quamdiu praecipitatum album enascitur, cavens nemini addas, quam ad praeceptionem plenam requiratur. Sedimentum cito (!) in linteum conjice et liquorem fac eguttare, quantum id fieri potest; denique lava cum pauxillo Aquae destillatae, exprime et exsicca absque calore artefacto. Constat ex Mercurii sublimati corrosivi et Amidi Mercurii paribus Pond. Mixt. Vis: Mercurii praeparatorum.

Sit pulvis albissimus, vix palpabilis, valde depingens, acido nitrico penitus solvendus, cum liquore Kali caustici flavescentes et Gas Ammonium eructans, saporis acris metallici; ignitus gas azoticum et Ammonii evolvit et Calomel emittit.

Usus: externus tantum, ad scabiem, herpetem, exanthemata syphilitica, psorophthalmiam.

Mercurius praecipitatus albus a plurimis Codicibus ex solutionibus mixtis Mercurii sublimati corrosivi et Salis Ammoniaci ope solutionis Natri vel Kali carbonici praecipitari docetur. Haec prae-

548 MERCUR. PRAECIP. FLAV. — MERCUR. PRAECIP. RUBER.

randi ratio neque pro bonitate praeparati neque pro parsimonia anteponenda est, imo nostrae postponenda. Codices eo inter sese discrepant, quod Salis Ammoniaci et Mercurii sublimati corrosivi par pondus, vel prioris dimidium tantum praecipiunt. Secundum hanc methodum operatus recipe Mercurii sublimati corrosivi partes duas, Salis Ammoniaci partem unam, solve in Aquae destillatae partibus viginti et solutionem Salis Sodaee admisce, quamdui praecipitatum album enascitur. Sedimentum simili modo collige et lava, sicut supra praecepsum est. Praeparatum optimae notae obtinetur.

† MERCURIUS PRAECIPITATUS FLAVUS
vid. Turpethum minerale.

† MERCURIUS PRAECIPITATUS FUSCUS
WURTZII s. VOGELI, Turpethum rubrum
PARACELSI. Brauner Quecksilberpräcipitat.

Disp. Lipp.: Rec. Mercurii nitrosi calide parati q. v., sensim instilla Liquorem Cinerum clavellatorum depuratorum, donec nulla amplius successerit praecipitatio. Filtra, lava, siccata. Exolevit.

† MERCURIUS PRAECIPITATUS NIGER
vid Mercurius solubilis HAHNEMANNI.

† MERCURIUS PRAECIPITATUS RUBER. Rother
Präcipitat. Précipité rouge.

Synon.: Hydrargyrum oxydatum rubrum, Oxydum hydrargyricum, Hydrargyrum calcinatum rubrum, Mercurius calcinatus s. praecipitatus per se, Mercurius corrosivus ruber, Hydrargyrus nitratius ruber, Panacea Mercurii rubra, Pulvis JOHANNIS DE VIGO s. Principis, Peroxydum Hydrargyri, cet. Rother Quecksilberpräcipitat, Quecksilberoxyd, Rothes Quecksilberoxyd. Oxide rouge de Mercure, Peroxide de Mercure, Oxide mercurique.

Rec. Mercurii vivi depurati quantum vis, immitte in patinam porcellaneam, et infundibulum vitreum satis amplum inverse supra Mercurium vivum in patinam colloca. Affunde Acidi nitrici partem dimidiam et reactionem chemicam calore promove; sensim adjice Acidum nitricum portiunculis minutis, donec calore semper adjuvante, Mercurias vivus penitus solutus fuerit. Infundibu-

lum nunc tollatur, et liquor vivida evaporatione ad siccum redigatur. Cum Sale crystallino obtento strenua trituratione misce Mercurii vivi depurati alterum tantum, quam solutum adhuc est. Quod cum optime factum fuerit, patinam (nudam, si Berolinensem, loricatam vel in balneo arenae, si pejoris est massae) igni impone, et prudenter ure interdum agitans, donec massa calida colorem atro-rubram induerit, vapores nitrosos emittere desierit, et patinam alteram superpositam anhelitu globularum Mercurii vivi interne afflaverit. Part. const.: Mercurii et Oxygenii aa paria Pond. Mixt. Vis: antisiphilitica, irritans, corrosiva, externe purificans, escharotica.

Est pulvis laete luteo-ruber, subtilissimus, igni expositus ex toto volatilis, in acido nitrico solubilis, Aqua pura parum solubilis, calefactus obiter nigrescit. Pond. spec. 11,00.

Usus: in lue venerea inveterata interne, externe ad condylomata; verrucas, ulcera venerea; ad balsamum ophthalmicum; pediculos enecandos.

Mercurius praecipitatus ruber hodie in officiis chemicis optime notae praeparatur, nec pharmacopoei alias operam, quam virtutis explorationem, exigit. Qui divenditur Mercurius praecip. ruber coloris est intense rubri, texturae crystallinae micaeae. Coctione cum Aqua destillata sal nitricum, quod fortasse inest, dissolvi potest, ignitione in cochleari platinico vel in carbone corporum heterogeneorum, Minii, pulveris laterum, cet., immixtio probatur. Frusta intense rubra trituratione flavescent quoque. Si acidi nitrici parsimoniae studes, inter evaporationem Mercurii nitrosi portiunculas minutas Mercurii vivi adjice, quamdui dissolvitur. Calcinatio bene instituitur in vasis ferreis fusis encausto (Gmaille) obductis, et operculo fictili apto tectis. Praeparati color ex salis textura pendet. Sal minutum crystallisatum micas rubras optime edit; grossiuse crystallisatum vel contritum, vel

nimis cito ignitum pulverem rubro-aurantium exhibet, quod quidem pro usu medico nullius est momenti. Mercurius praeципitatus ruber per se dictus, qui olim (hinc inde hodie quoque) diurna ignitione Mercurii in vasis vitreis capacibus parabatur, pro indole chemica atque medica nihil differt ab eo, qui cum Acidu nitrico paratur. Haec ergo parandi via jure exolevit.

† MERCURIUS PRAEcipitatus VIRIDIS,
Lacerta vi ridis. Grüner Quecksilberpräcipitat.

Ph. Wirt.: Rec. Mercurii vivi depurati Unc. quatuor, Cupri Unc. unam et semis, solvantur singula in s. q. Acidu nitrici, miscantur soluta et evaporatione ad siccum redigantur. Massae salinae Aceti destillatii Libr. unam affunde, digere, solve et Acetum abstracta, residuum massam viridem in pulverem ttere et caute serva. Jani pridem in gonorrhœa laudatum, nunc obsoletum.

† MERCURIUS PRAEcipitatus WURTZII
vid. Merc. praecip. fuscus.

† MERCURIUS RECTIFICATUS = Merc. vivus depuratus.

MERCURIUS SACCHARATUS, Hydrargyrum saccharatum, Aethiops saccharatus, Saccharum Mercurii vermisfugum, Pulvis Mercurii saccharinus. Verzuckerter Quecksilber. Mercure sucre.

Rec. Mercurii vivi depurati partem unam, Sacchari albi partes duas, tritura ad perfectam Mercurii extinctionem. Ph. Herib. amborum par pondus. Ph. Ferrar. Mercurii, Sacchari $\frac{1}{2}$ Unc. semis, Cremor. Tart. Scrup duos. Infantibus propinatur in chocolata.

† MERCURIUS SOLUBLIS HAHNEMANNI. Hahnemann's lösliches Quecksilber. Mercure soluble de Hahnemann.

Synon.: Hydrargyrum oxydulatum nigrum (Bor., Slesv.-Hols., cet.), Mercurius praecipitatus niger HAHNEMANNI s. Oxydulum Hydrargyri ammoniacale (Austr.), Oxydum hydrargyrosum cum Nitrate Ammoniaco hydrargyroso, Nitratas ammoniacas cum Oxydo hydrargyrosa, Subprotonitras Hydrargyri et Ammoniae, Protoxydum Hydrargyri nitrico-ammoniacale, Turpethum nigrum. (Ne confundatur cum Mercurii cinereis). Schwarzes Quecksilberoxydul, Hahnemann's Quecksilber. Protoneutrate ammoniacal mercuriel.

Rec. Mercurii nitrosi crystallisati
Unciam unam,

in pulverem contere et adde Aquae destillatae Uncias octo, Acidu nitrici, guttatum adjiciendi, tantillum, quantum requiritur, ut Sal inter strenuam agitationem dissolvatur. Solutionem, filtrandam si opus fuerit, in lagenam satis capacem immitte, et cum Aquae destillatae Unciis duabus mortarium ablue, easque solutioni adde.

Seorsum misce Spiritus Salis Ammoniaci caustici (pond. spec. 0,96)

Unciam dimidiad, cum Aquae destillatae Unciis quatuor, et hunc liquorem in solutionem mercuriale inter vehementem agitationem infunde. Lagenam claude, miscelam fortiter concute, et sepone ut sedimentum fundum petat. Liquorem innatantem effunde, et Aquam destillatam reaffunde. Post subsidentiam iterum Aquam effunde, praecipitatum nigrum in filtro collige, eguttatum in charta bibula exsicca calore non adhibito atque in loco obscuro. Part. const.: Ammonii nitrici unum, Oxyduli Mercurii duo pond. mixt. Vis: antisiphilitica.

Sit pulvis coloris nigri, absque globulis Mercurii vivi immixtis, ignitus ex toto volatilis, acido acetico fervido fere totus, relicto pulvere griseo, solvatur.

Usus: in lue venerea ptyalismum non adeo ciere praedicatur, quam aliae Mercurii praeparationes.

Codices a nostra formula ex Pharm. Borussica desumpta, eo potissimum discrepant, quod incertas miscendorum copias adhibent. Hoe in ista formula STOLZII

laude dignissimum est, quod Ammonii eaustici addendi copiam accuratius definiat, nec praeparanti derelinquat, haec de re falli. Tum quidem oculi non consueti errores, et parsimoniae intempestivae clandestina consilia eluduntur. Solutio mercurialis ab Oxydo Hydrargyri rubro penitus sit libera, necesse est. Hoc facilime Mercurio nitroso crystallisato obtinetur, quem facilime parari docimus. Ammonium ne in singulis lagena locis praevaleat et sedimentum griseum reddat, agitatione praeavet.

P. h. Hann. et Saxon. eandem fere formulam secutae sunt. Slesv. - Hols. prope accedit. Ceteri Codices praecepitatem ad oculorum arbitrium fieri concedunt

† MERCURIUS SOLUBILIS MASCAGNI vid.
Mercurius cinereus MOSCATI, adnotationem.

† MERCURIUS SOLUBILIS MORETTI
paratur per praecipitationem Mercurii vitriolati oxydulati cum Lixivio caustico vegetabili. Pulvis cinereus. Supervacaneus est propter Mercurium solubilem HAHNEMANNI

† MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS. Nezen- der Quecksilbersublimat. *Sublime corrosif.*

Synon.: Hydrargyrum muriaticum corrosivum (Ph. Germanic.), Chloreum hydrargyricum, Bichloreum Hydrargyri (Lond.), Murias Hydrargyri corrosivus (Austr., Dubl., Suec.), Murias Hydrargyri acerrimus (Bat.), Ozymurias Hydrargyri, Hydrargyrum oxydatum muriaticum, Deutochloruretum Hydrargyri s. hydrargyricum (Gall.), Hydrargyrus corrosivus albus, Hydrargyrum perchloratum, etc. Saltaures Quecksilberoxyd, Quecksilberchlorid. *Deutochlorure de Mercure, Chlorure mercurique.*

Rec. Mercurii vivi venalis Libras quinque,

Olei Vitrioli Libras sex, in ahenum ferreum fusum immissa leniter sensimque calefiant, ut Mercurius solvatur, et gas acidum sulphurosuni (quod caute evitetur et in fumarium vel aquam perducatur) evoluntur, sensim ignis augeatur, donec sub finem igne vehe- menter aucto vapores albi emergi cessaverint. Portiunculam massae salinae spathula

exime et in solutionem calidam Salis communis conjice; si penitus dissolvitur, bene praeparata est; si vero sedimentum album efficitur, Olei Vitrioli aliiquid inter agitationem massae immisceatur, haec nova ignitione siccescat, et iterum simili modo tentetur, donec sedimentum album aqua non solubile, cum Sale communi non amplius efficiatur. Massam optime siccata (in quo multum positum est) cum pari pondere

Salis communis, antea bene decrepitatione siccata, assidua trituratione intime commisce et miscelam in retortam vitream semireplendam tantum ingere, caute miscelae concussionem omnem, quo subsideret et conglobaretur, evitans. Retorta in balneum arenae collocata, post tres vel quatuor dies sublimationem institue. Ignis sub balneo summa cum sollicitudine curetur, ne forte diminuatur, neve nimium augeatur, et sublimati aliqua pars in placentam refluxat, quae iterum sublevari non poterit. Sub finem ignis adeo augeatur, ut massa pri- mum laxe et crystallisatum juncta in statum semifusum densiorem transeat. Cautissime servetur. *Part. const:* Mercurii unum et Chlori duo pond. mixt. *Vis:* antisiphilitica eximia, antirheumatica, corro- siva.

Sint crustae densae, albae, subpellucidae, graves, in pulverem al-

hum contritae aquae frigidae partibus sedecim, fervidae tribus ex toto solubiles, Spiritu Vini facilissime solubiles, sicut etiam Naphtha Vitrioli, calore primum fusae, denique in vapores venenosissimos surgentes, cum Aqua Calcariae praecipitatum aurantiacum generantes. Qui Mercurius sublimatus corrosivus in officinis chemicis paratur atque venditur, impune atque cum commodo a pharmacopoeo pro eo in usum vocari potest, qui in laboratoriis pharmaceuticis minore cum experientia atque majore cum periculo praeparatur.

Usus: in lue venerea, rheumatismo chronicō; gargarismatibus, injectiōnibus saepius immiscetur.

In praeparato tantopere ad qualitates chemicas referendo Codicum varietas minime spectetur, sed justa praeparandi via duce Chemia investigetur. Praeparatio, quando cum commodo atque iucero institui debet, longam exercitationem requirit, quare iis derelinquendum censeo, qui in hoc praeparato unice obtinendo multam operam navaverunt. Parvae copiae cum jactura atque magno pretio continentur.

MERCURIUS SULPHURATUS s. cum Sulphure vide Aethiops mineralis (p. 30).

† MERCURIUS SULPHURICUS vid. Mercurius vitriolatus, — SUBSULPHURICUS vid. Turpetum minerale.

† MERCURIUS TARTARICUS, Tartras Mercurii oxydulati, Tartras hydrargyrosus, Hydrargyrum tartaratum, Tartarus mercurialis, Pulvis CONSTANTINI, Pulvis mercurialis albus. Weinsteinfaures Quecksilberoxydul. Tartrate mercureux, Tartrate de Mercure.

Rec. Salis SEINETTE crystallisati q. v., solve in duodecupo Aquae; liquori instilla solutionem Mercurii nitrosi crystallisati in Aquae destillatae leviter cum acido nitrico acidulatae, duodecupo, quamdiu praecipitatum album enascitur. Hoc in filtro collectum aqua destillata tunc laveatur, absque caloris et lucis accessu siccatur, et servetur in loco obscurō vel vitris charta nigra involutus.

Pulvis albus, saporis mercurialis debilis, coloris et odoris expers, aqua non solubilis, lucis vi citissime decompositionem incurrens et nigrescens Constat paribus Pond. Mixt. Mercurii oxydulati et Acidi tartarici.

Solutio Mercurii nitrosi leviter tantum sit acidulata necesse est, ne Cremorem Tartari praecipitet. Tartarus tartarisatus plerumque

pro Sale SEINETTE commendatur; hoc tamen quod ultimo nominavimus, purius est propter crystallisationem. Praestat in solutionibus mixtis Sal SEINETTE aliiquid praevalere, ne sedimentum factum secum abripiat Mercurium nitrosum. Jam pridem Mercurius tartaricus e re medica jure ejctus est, utpote supervacaneus Alii Mercurium praecipitatum rubrum cum Cremore Tartari coqui, solutionem filtrari et inspissari jubent, ex quo obtinetur Mercurius tartarisatus, jure etiam oblizioni traditus. Pb. Ferrar. Mercurius carbonicum cum Cremore Tartari coqui praecipit.

MERCURIUS TARTARISATUS, Quecksilber-weinstein. *Mercure tartré.*

Rec. Mercurii vivi Unc. unam, Cremoris Tartari Unc. duas, misce accurate et tere probe, donec Mercurius plane extinctus fuerit.

MERCURIUS TEREBINTHINATUS, Ter-penthin = Quecksilber.

Rec. Mercurii vivi depurati Unc. unam, Terebinth. Venet. Unc. unam et semis, trituratione Mercurium extingue, quod facillime cedit.

MERCURIUS VEGETABILIS, Aethiops vegetabilis, Carbo Quercus marinæ. *Vegetabilischer Mohr. Aethiops végétal.*

Rec. Fuci vesiculosi LINN. bene siccii q. v., immittit in tigillum Hassiacum (vel vas ferreum fusum aut fabrile), et operculo obtectum carbonibus ardentibus bene ure, quamdiu flamma vel fumans ex commissuris erumpit. Post refrigerium operculum adimitur et carbo obstitutus in pulvrem subtilissimum conteratur.

MERCURIUS VIOLACEUS est Cinnabaris facitū nec adeo subtiliter pulveratus, quare colorem intensiorem parum violaceum conservat.

MERCURIUS VITAE vid. Pulvis ALGAROTHI.

† MERCURIUS VITRIOLATUS OXYDULATUS. Schwefelsaures Quecksilberoxydul. *Sulfate de Mercure.*

Rec. Mercurii vivi depurati, Olei Vitrioli par pondus, immittit in patinam porcellaneam (pro majoribus copiis ut gas sulphurosus absorbeatur in retortam) et igne lento supposito reactionem promove, donec Mercurius in massam salinam albam transierit. Tum patinam exemplo ab igne remove. Sal difficile solubile. Usus medicus nullus. Cum Sale culinari sublimatum exhibit Calomel, a Mercurio sublimato corrosivo non omnino liberum.

† MERCURIUS VITRIOLATUS, Mercurius s. Hydrargyrus sulphuricus, Vitriolum Mercurii. Schwefelsaures Quecksilberoxyd. Deutosulfate de Mercure, Sulfate de Peroxide de Mercure.

Rec. Mercurii vivi depurati Unc. quinque, Olei Vitrioli Unc. sex; in retortam vitream, vel patinam porcellaneam (vel pro Mercurio sublimato corrosivo in vas ferreum fusum) immissa calefac ut Mercurius dissolvatur atque in massam salinam vertatur; tum ignem ad fundi rubescientiam fere augē, quamdiu vapores sulphurosi et sulphurici prodeunt.

Sit pulvis albissimus, in vasis ferreis paratus parum cinerascens, cum aqua fervida praecipitatum flavum, Turpethum scilicet minerale, demittens, cum Sale communi mixtum plane in aqua solubilis; si pulvis albus relinquitur, Oxydulum Mercurii inest. Hoc fit igne non satis forti, vel acido non sufficiente adhibito, et ultiore acidi additione atque ignitione curatur. Mercurius vitriolatus ignis vi non nisi parcissime decomponitur, quare ex hac operatione nil metuendum est de jactura praeparati. Usus pro parando Mercurio sublimato corrosivo.

† MERCURIUS VITRIOLATUS
BASICUS vid. Turpethum minerale.

MERCURIUS VIVUS
DEPURATUS. Gereinigtes
Quetschfilber. *Mercure purifié.*

Synon.: Hydrargyrum depuratum s. purum, Hydrargyrus purificatus, Argentum vivum purificatum.

Rec. Mercurii vivi venalis q. v., immitte in retortam ferream fusam vel lagenam ferream cylindricam, in quibus Mercurius advehi solet cum tubo sclopeti curvato munitam, quae ad dimidium fere repleatur. Adjice scobis ferreae grossioris stratum, quod Mercurium vivum ubique ad digitii minoris crassitatem contegat. Circa tubi vel colli retortae extremum linteum aliquoties circumvolatum in formam uteri flexibilis adapta et ligatura ad tubum constringe. Canalem linteum tali modo confectum aqua humecta, et ejus extremum subter aquae in vase idoneo contentae superficiem immerge.

Igne supposito destillatio instituatur. Quum ex motu vibratorio quodam, qui manus ope in tubi extremo exploratur, dignoscitur Mercurium esse in ebullitione, ignis parum moderetur, et ebullitio levis tantum atque aequabilis obtineatur, ne eructamentis violentis Mercurius absque destillatione in vas excipiens transjiciatur, ad quod pronissimus est. Destillationem intercipe, quando Mercurii in retortam immissi sextantes quinque transierint. De qualitatibus, vi et usu cf. vocem Mercurius (I, p. 181).

Mercurius depuratus ab impuro eo discrepat, quod superficiem semper mundissimam splendidissimamque monstrat, nec in vasis porcellaneis circumagitatus caulem nigrescentem post se ducat Humidus vero Mercurius purissimus saepe impuri speciem praese fert. Sit penitus volatilis quod in tubo vitro recurvo ope flammæ spirituosae exploratur. Mercurius venalis saepius repurgatione non egit, sed statim purissimus est. Scobes ferreae in retortam immittuntur, ut eructamentis aliquid obstent, tum vero ut ea prodant, si ipsae cum Mercurio in vas excipiens transsilierint, quod quidem per ignem nimis forte facile accidit. Nisi retorta ferrea tibi est in promtu, retortam vitream adhibeas opus est. Huic autem usque ad collum arenam circumda et partem summam quoque arena conde. Vas balnei arenas ad formam retortae quantum fieri potest accedat, ut partes quoque superiores calefieri possint, quod nisi sit, Mercurius ad parietes condensatus iterum in retortam relabitur, nec in excipulum transit. Mercurio destillando Cinnabarim vel Oxydum Mercurii addere supervacaneum atque inutile est.

MERCURIUS ZINCI, s. Calx Zincii hydratata. Mercurialiszinfalf.

Rec. Mercurii vivi depur. Unc. duas, Terebinth. Venet. Unc. unam, extingue, adde Florum Zincii Unc. duas, Pulv. Cort. Cinnamomi q. s., ut fiant pilulae pond. Gran. duorum, consp. Pulv. Cinnamomi.

MILLEPEDUM PRAEPARATIO, Millepedes preparati. Präpararite Rellere fel.

Millepedes ab omni immundicie separati imprægnentur Vino albo et leni calore exciscetur.

MISTURA vid. Mixtura.

MITHRIDATIUM vid. Electuarium Mithridatum (p. 273).

MIVA BORAGINIS. Ph. Batean.

Rec. Rad. recent. Boragin. q. v., coque ad mollitiem, per cibrum setaceum trajice, adde Sacch. alb. par pondus, et coque ad mivae (Roob) consistentiam.

MIVA CONSOLIDAE Ph. Batean.

Rec. Pulp. Rad. Consolidae (vid. antecedens), Sacch. albi $\frac{1}{2}$ Libr. unam, Pulv. Nuc. moschat. Drachm. sex.

MIVA CYDONIORUM SIMPLEX

Rec. Succi Cydonior. per subsidentiam de purati Libr. decem, Sacch. albi Libr. tres, coque ad mivae consistentiam.

MIVA CYDONIORUM AROMATICA.

Disp. veter.

Rec. Succi Cydon. depur. Libr. viginti, Sacch. albi Libr. sex, coque ad Mellis consistentiam, sub finem adde Cinnamomi acuti, Cardamomi major. $\frac{1}{2}$ Drachm. tres, Croci, Caryophyll., Rad. Zingib., Mastich., Ligni Aloës, Macidis $\frac{1}{2}$ Drachm. unam et semis; f. l. a. miva seu roob.

MIVA DIALTHAEAE. Ph. Batean.

Rec. Pulp. Rad. Alth. (vid. Miva Boraginis), Sacch. albi $\frac{1}{2}$ Libr. unam, coque ad mivam, adde singulis Libris Nuc. moschat. Unc. unam.

MIVA SATYRII sicut antecedens ex Radice Orchidis bifoliae Linn.

MIXTURA, Mistura, Mixtura, *Mixtura*, medicamentum liquidum, plerumque aquosum, ex medicamentis variae indolis conflatum. In paratione sola mixtio plerumque sufficit, si ea, quae adduntur, liquida sunt. Salia, extracta in aquae praescriptae copia quadam solvantur primum, tam solutio cum ceteris liquidis miscetur. Corpora non solubilia, sicuti Kermes, Sulphur auratum, Calomel, in mortario cum liquidi pauxillo antea optime conterantur, quo fit, ut diutius sus-

pensa teneantur, nec citius fundum petant. Contritio bene cum syrupo instituitur, quando hic quoque admiseri praescribitur. Corpora pervolatile, sicuti Naphthae et Spiritus aetherei postremo adjiciantur, nec, jactrae evitandae causa, in mortario cum ceteris commisceantur.

MIXTURA ABSORBENS.

BORIES: Rec. Aq. Calcis, Lact. vaccini $\frac{1}{2}$ Unc. unam. SAINTE-MARIE: Oculor. Cancror. Drachm. duas, Vini Rhenani Unc. sex, Rad. Zedoar. Drachm. semis.

MIXTURA ACACIAE Ph. Lond vid. Mucilago Gummi Arabici.

MIXTURA ACIDA. Saure Mixtura. *Mixtura acide.*

a) *cum acido muriatico*: AUGUSTIN: Rec. Acidi muriat., Liq. anodyn. mineral. Hoffm. Drachm. duas, Aq. Cinnamom. simpl. Unc. septem, Syr. Rubi Idaei Unc. tres. b) *cum acido muriatico oxygenato*: AUGUSTIN: Aq. Chlori, Aq. dest., Syr. Rubi Idaei $\frac{1}{2}$ part. aequal. c) *cum acido nitrico*: AUGUSTIN: Acid. nitrici fumant. Drachm. semis, Syr. Cinnamomi Unc. unam et semis. d) *cum acido phosphoricō*: AUGUSTIN: Acid. phosphor. Drachm. semis ad unam, Aq. Menth. pip. Unc. quinque, Syr. Cort. Aurant. Unc. semis. ENGEL: Acid. phosphor. Unc. semis, Aq. Cinnamomi Unc. unam. e) *cum acido sulphurico*: Ph. milit. Bor.: Aq. commun. Unc. duodecim, Sacch. alb. Unc. unam et semis, Elix. acidi HALLERI Drachm. sex. AUGUSTIN: Acid. sulphurici diluti Drachm. unam, Aq. Menth. pip. Unc. sex, Syr. Rubi Idaei Unc. unam. Disp. Fuld.: Ol. Vitrioli albi Drachm. semis, Aq. dest. Unc. decem, Oxymell. simpl. Unc. duas.

MIXTURA ACIDA ANODYNA. Disp. Fuld.

Rec. Spir. Vitrioli Drachm. unam, Tinct. Opii Scrup. duos, Syr. Violar. Unc. unam, Aq. dest. Unc. sex.

MIXTURA ACIDI etc. vid. vocem antecedentem.

MIXTURA EX ACIDO TARTARICO.
Ph. milit. Bor.

Rec. Sal. essent. Tart. Drachm. unam, Aq. comm. Libr. unam, Sacch. alb. Unc. unam.

MIXTURA ADSTRINGENS. Adstringende Mixtura.

a) *cum Balsamo Copaiavate*: NIEMANN: Rec. Terebinth. Venet., Bals. Copaiav., Ol. Sucini rect. $\frac{1}{2}$ part. aequal. b) *cum Catechu*: BREDA: Sem. Cannab. Unc. unam, f. decoct. col. Libr. unius, adde Extr. Arnic. Drachm. unam, Catechu Scrup. unum, Syr. Cort. Aurant., Syr. Alth. $\frac{1}{2}$ Unc. unam. CADET: Aq.

554 MIXT. ADSTR. AD HAEMOPT. — MIXT. AMMON. ET ANTIM.

Meliss. Unc. octo, Syr. Kermet. Unc. unam, Catechu Drachm. tres, Camphor. Gran. octo. c) cum *Ligno campech.*: LENTINI: Rad. Salep. Drachm. duas, Aq. ferv. Unc. decem, solve, adde Borac. Drachm. semis, Extr. Chiniae, Extr. Ligni campech. aa Drachm. unam, Syr. Alth. Unc. unam. SWEDIAUR: Extr. Ligni campech. Drachm. tres, Aq. Cinnam. spir. Unc. unam et semis, solve, adde Aq. comm. Unc. septem, Tinct. Kino Drachm. duas. d) cum *Ratanhia*. CADET: Extr. Ratanh. Drachm. semis, Alum. Gran. decem, Inf. Rosar. Unc. quinque, Syr. Rosar., Syr. Catechu aa Unc. unam, Aq. RABELII Gutt quindecim. e) cum *Uva Ursi*. COOPER: Decoc. Fol. Uvae Ursi Uno septem, Tinct. Kino, Syr. Zingib. aa Unc. semis.

MIXTURA ADSTRINGENS AD HAEMOPTYSIN. BOERHAAVE.

Rec. Aq. Flor. Papav. Rhoead., — Plantag. aa Unc. quatuor, Extr. tormentill. Bol. Armen. aa Drachm. unam et semis, Lapid. Haematit. praep. Drachm. unam, Syr. Myrtini Unc. unam.

MIXTURA AETHEREA vid. Julapium aethereum (p. 456).

MIXTURA ALBA vid. Emulsio Balsami Copivae (p. 352).

MIXTURA ALCALINA. SWEDIAUR.

Rec. Vitell. Ovor. rec. quatuor, adde Aq. serv. Unc. sedecim, Olei Tartari per deliq. Gutt. decem ad Scrup. unum.

MIXTURA ALCALINA ANODYNA GRAY.

Rec. Tinct. Opii Drachm. duas, Lixivii caust. Drachm. duas et semis, Spirit. Myristic. Unc. semis, Aq. pur. Unc. undecim et semis.

MIXTURA ALOETICA. AUGUSTIN.

Rec. Extr. Myrrh., — Aloës aa Drachm. unam, Aq. Menth. pip. Unc. sex, Tart. tartaris. Unc. semis.

MIXTURA ALEXIPHARMACA. MARCUS.

Rec. Tinct. alexipharmac. Scrup. quatuor, Aq. Ceras. nigr. Unc. quatuor, Syr. commun. Unc. semis.

MIXTURA ALTERANS SAUNDER.

Rec. Tart. emeticii Gran. unum, Aq. Sambuci Unc. unam.

MIXTURA ALUMINOSA. AUGUSTIN.

Rec. Alumin. crudi, Gummi arabici aa Drachm. duas, Aq. Menth. pip. Unc. quatuor, Tinct. Opii Drachm. unam, — Cinnamomi Drachm. duas.

MIXTURA AMARA CUM RHEO. SWEDIAUR.

Rec. Kali sulphurici Unc. semis, Rad. Rhei, Extr. Gentian. aa Drachm. duas, Aq. Menth. pip. Unc. octo.

MIXTURA AMARA STOMACHICA. SCHEU.

Rec. Extr. Trifol. fibr. Drachm. unam et semis, — Quass. Drachm. semis, Aq. Menth. Unc. quinque, Spir. Nitr. dulc. Scrup. unum.

MIXTURA AMMONIACA ASTHMATICA. FULLER.

Rec. Gumm. Ammoniaci, Succ. Liquirit. aa Drachm. duas, solve in Aq. Hyssopi Unc. duabus; colat. adde Syr. e Succo Hederae terestr., Oxymell. simpl. aa Unc. duas, Ol. Anisi Gutt. duas, Tinct. Benzoës Drachm. duas.

MIXTURA AMMONIACALIS s. Ammoniaci vide Lac Ammoniaci (p. 498).

MIXTURA AMMONIACALIS SALINA. Ph. paup. Hamb.

Rec. Sal. Ammon. Drachm. duas, Aq. dest. Unc. sex, Pulv. Succ. Liquir. Drachm. unam.

MIXTURA AMMONIACI COMPOSITA, Mixtura ex Ammoniaco, Potio ex Ammoniaco et Scilla dicta incisiva, (Ph. Gall. 1818), s. pectoralis, s. expectorans, s. bechica, s. Liquor scilliticus (Ph. Hamb. paup.) Zusammengesetzte Ammoniaummixtur. Mixture d'Ammoniaque composée.

Rec. Gummi Ammoniaci Drachm. duas, fiat l. a. emulsio cum Aquae destillatae Unciis octo, cui adde Oxymellis scillitici Unc. semis; sec. Ph. Bor. castr. 1813, et Herbip. milit. 1815. — Suadet Ph. paup. Hamb. 1804: Rec. Gummi Ammoniaci Drachm. duas, solve in Liquoris scillitici (Acetum scilliticum Cineribus clavelatis saturatum) Unc. una, adde Aquae destillatae Unc. sex, Mellis Liquiritiae Unc. duas. — Ph. Gall. 1818: Rec. Hb. Hyssopi Drachm. unam, infunde Aq. ferv. Unc. quatuor, in colatura solve Gummi Ammoniaci Grana duodecim cum Oxymellis scillitici Unc. una antea bene trita et subacta, Ph. castr. Ruthen.: Rec. Ammoniaci Drachm. duas, Aq. fontanæ (vel Menth. crisp., vel Foeniculi) Unc. septem, Tinct. aromat. Drachm. duas, Oxymell. scillit. Unc. unam. SAINTE-MARIE: Rec. Ammoniaci Scrup. unum, Oxymell. scillit. Unc. duas, Aq. Pulegi Unc. sex, — Menth. pip. Unc. semis, vel Ammoniaci Scrup. unum, Oxymell. scillit. Unc. unam, Aq. Pulegi Uncias quinque, Syrup. Senegae Unc. unam et semis. — CADET: Rec. Oxymell. scillit., Ol. Amygd. dulc., Syr. Althaeæ aa Drachm. decem, Ammoniaci Drachm. unam, Vitellum Ovi unius, Aquae Hyssopi Unc. sex. — SAUNDER: Rec. Ammoniaci Drachm. unam, Vitell. Ovi q. s., Oxymell. scillit. Unc. unam, Aquae destill. Unc. sex.

MIXTURA AMMONIACI ET ANTIMONII COXE.

Rec. Lact. Ammoniaci, Vini antimoniaialis aa Unc. quatuor, Syr. Balsami Tolut. Unc. unam, Tinct. Camphor. Unc. quatuor.

MIXTURA AMMONIACI COMPOSITA
GRAY.

Rec. Ammoniaci Drachm. unam et semis, Aq. Cinnam. Unc. quinque, Tinct. Castorei Drachm. unam et semis, — Opii Gutt. decem, Syr. Tolutani Unc. unam.

MIXTURA AMMONII CARBONICI PYROOLEOSI CAMPHORATA vid. Emulsio oleosa volatilis (p. 357).

MIXTURA AMMONII MURIATICI STIBIA-TA s. SOLVENTS. Ph. militar. Bor.

Rec. Sal. Ammoniaci Drachm. duas, Tart emet. Gran. unum, Solut. Succ. Liquirit. con centr. Drachm. sex, Aq. comm. Unc. decem.

MIXTURA EX AMMONIO MURIATICO vid. Decoct. Althaea cum Ammonio muriatico (p. 217).

MIXTURA AMYGDALARUM vid. Emulsio Amygdalarum (p. 350).

MIXTURA ANALEPTICA.

VOGLER Weilb : Rec. Aq. Rub. Idaei Unc. sex, Elixir. acidi mei Scrup duos ad Drachm. unam, Syr. Papav. Rhoeas. Unc. semis. SMITH : Cremor. Lactis Unc. sex, Vitello Ovorum rec. duorum Sacch. Drachm. quatuor ad Unc unam, Aq. Cinnam. hordeat Drachm. sex. BERENDS : Gummi arabici Drachm. duas, Aq. dest. Unc. tres, Aq. Naphae Unc. unam, Laud. liquidi Syd. Scrup. semis ad unum, Naphth. Acet. Drachm. semis, Syr. simpl. Unc. unam.

MIXTURA ANODYNA BORIES.

Rec. Laud. Liq. SYDENH. Drachm. unam, Aq. Cinnam. hordeat Unc. sex, Syrup. Pap. alb. Unc. unam.

MIXTURA ANODYNA PRO INFANTIBUS vid. Julapium anodynum (p. 486).

MIXTURA ANTACIDA INFANTUM Ph. paup. Hamb.

Rec. Magnes. alb. Drachm. semis, Aq. Foeniculi Unc. semis, Tinct. Rhei aq., Sacch. albi Drachm. duas.

MIXTURA ANTALCICA VOGLER Weilb.

Rec. Aq. Rubi Idaei Unc. duas, Nitri de pur., Cremor. Tart. Drachm. unam, Opii Gran. duo, Syr. Violar. Drachm. duas; vel: Aq. Rubi Idaei Unc. tres, Laudan. liquid. SYDENH. Drachm. semis, Syr. Rubi Idaei Drachm. duas.

MIXTURA ANTARTHITICA Ph. paup. Hamb.

Rec. Extr. Aconiti Drachm. unam, Pulv. Gummi Guajaci Drachm. duas, Sulph. aurat. Antimon. Scrup. unum, Aq. dest. Unc. septem, Mell. Liquir. Unc. unam.

MIXTURA ANTASTHMATICA.

CULLEN : Rec. Aq. Menth. pip., Aq. Raphani rusticani Drachm. unam, Opili. MINDERERI Unc. duas, Sacch. albi Unc. semis, Acid. succinici Scrup. unum. SPIELMANN : Extr. Enu-

lae, — Cascarill. — Scrup. unum, Tinct. Pimpinell. alb., — Liquir. Drachm. unam, Elixir. pect. WEDELII Drachm. duas, Oxymell. scillit. Unc. semis, Aq. Tussilaginis, — Pulmonar., — Hyssopi, — Foeniculi, — Veronic., Syr. Alth. Unc. unam. Dicta SWIBENII : Sal. volatil. Ammoniaci Drachm. unam, Aq. Rutae Unc. octo, Syr. Diacodii Unc. duas. FRAUNDORF : Oxymell. scillit., Syr. Enul., — de Erysimo Unc. unam, Gummi Ammoniaci Drachm. unam, Spir. Lign. Guajaci Drachm. unam et semis, Tinct. Croci Drachm. tres.

MIXTURA ANTERETHICA. VOGLER Weilb.

Rec. Aq. Rubi Idaei Unc. septem, Nitri depur. Drachm. tres, Sal. essent. Tartari Scrup. semis, Ol. Olivari. Unc. unam et semis, Syr. Dialth Unc. unam.

MIXTURA ANTHELMINTHICA. WURMBRIGE Mirtur.

AUGUSTIN : Rec. Petrolei Unc. semis, Tinct. Asae foetid. Drachm. sex. BRERA : Calomell. Gran. sex, Tinct. Rhei aquos. Unc. octo, Syr. Cichorii comp. Unc. duas. ELLIS : Balsam. Copav. Drachm. duas, Sal. Sodaem Drachm. unam, Tinct. Opii Gutt. 60, Emuls comm. Unc. quatuor. SWEDIAUR : Arcani duplicat. Drachm. duas, Rhei Drachm. unam et semis, Sem. Cinae Drachm. unam, Oxym. scillit. Unc. semis, Aq. dest. Unc. duas et semis. RICHARD : Tinct. Colocynth. Gutt. quinque ad decem, Aq. Chamom. Unc. tres, Syr. Flor. Persicor. Unc. unam; vel: Ol. Terebinth., Aq. Menth. Unc. tres, Syr. Artemis. vulg. Unc. unam.

MIXTURA ANTHELMINTHICO-INCITANS. BRERA.

Rec. Helminthochort. Drachm. duas, Hb. Scordii Unc. semis, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. decem, Naphth. Vitrioli Drachm. semis, Syr. Cinnamomi Unc. semis.

MIXTURA ANTIAPHTHOSA. SAINTE-MARIE.

Rec. Cremor. Lactis, Aq. Rosar. Drachm. unam, Vitell. Ovi unum, Syr. Diacod. Unc. semis.

MIXTURA ANTIBLENNORRHICA vid. Emulsio Balsani Copavae (p. 352).

MIXTURA ANTICATARRHALIS.

VOGLER Weilb : Rec. Aq. Acaciae Unc. quatuor, Rhei Drachm. semis, Rad. Ipecac. Gran. duo, Specier. Diatragacanth. Scrup. duos, Spirit. Vitrioli Gutt. viginti, Syr. Dialth. Drachm. duas. CADET : Elixir. paregor. Unc. quinque, Tinct. Scill. Unc. unam.

MIXTURA ANTICHLERICA.

SCHAEPER : Rec. Tinct. aromat. Unc. duas, Bals. vitae HOFFMANNI Drachm. tres, Naphth. Acet. Drachm. unam et semis, Ol. Calami aromat. Gutt. quinque. HESSE : Acidi Nitri Drachm. unam, Aq. Menth. pip., Mixt. camph. Unc. unam, Tinct. Opili Drachm. semis. KRAUS : Rad. Calam. aromat. Drachm. duas,

556 MIXTURA ANTIDIARRH. — MIXTURA ANTIPHTHISICA

Rad. Galang. Drachm. unam, Rad. Zedoar. Drachm. semis, Hb. Chenop. ambr. Unc. semis, Aq. fervid. q.s. ad colat. Unc. viginti, Tinct. Cort. Aurant. Drachm. duas, Sacch. alb. Unc. semis. GUERSENT: Julap. gummosi Unc. octo, Naphth. Vitriol. Drachm. duas, Spirit. Vitriol. Drachm. duas.

MIXTURA ANTIDIARRHOICA vid. Emul-sio cerea (p. 353).

MIXTURA ANTIDYSENTERICA.

HUFELAND: Rec. Extr. Nuc. vomic. aq. Drachm. semis, Mucilag. Gummi arabici Unc. semis, Aq. Menth. crisp. Unc. sex, Syr. Al-thaeae Unc. unam. HOPE: Acidi Nitri fumant. Drachm. unam, Mixt camphorat. Unc. octo, Tinct. Opii Gutt. undecim. CADET: Pulv. Salicariae Drachm. unam et semis, Aq. Rhoea-dos Unc. duodecim, Syr. Alth. Unc. unam.

MIXTURA ANTIEMETICA vid. Potio Ri-verui.

MIXTURA ANTIFEBRILIS s. FEBRIFUGA. SAUNDER.

Rec. Extr. Chinac. Olei Tartari per deliq. Drachm. duas, Aq. Menth. pip. Unc. unam, — Cascarill. Unc. duas.

MIXTURA ANTIGONORRHICA vid. Emuls. Balsami Copai. (p. 352).

MIXTURA ANTIGUTTOSA VOLATILIS Ph. Lusitanic.

Rec. Naphth. Vitrioli Drachm. duas, Mixtur. Camphor. composit. Unc. unam, Aq. Menth. pip. Unc. duas, Sacch. alb. Drachm. duas.

MIXTURA ANTHAEMORRHAGICA.

AUGUSTIN: Rec. Aq. RABELII Drachm. semis, — Menth. pip. Unc. septem, Tinet. Cinnam. Unc. semis ad unam, Syr. Cinnam. Unc. unam. BRUGNATELLI: Spirit. Vitrioli Gutt. sexaginta, Laud. liq. SYDENH. Gutt. tringita, Aq. Cinnam. Unc. quatuor, Syr. Diacodii Unc. semis. PIERQUIN, SPIELMANN: Decocci Hordei Unc. sexaginta quatuor, Spirit. Vitrioli Drachm. duas, Essent. Citri Gutt. quatuor, Sacch. Unc. duas.

MIXTURA ANTHECTICA GRIFFITHII
vid. Mixtura Ferri composita.

MIXTURA ANTHERPETICO-DIAPHORE-TICA. BRERA.

Rec. Extr. Aconiti Gran. sex, Flor. Sulphur. Drachm. dimidiad., Vini antimon. Drachm. unam, Infusi Sambuc. Unc. octo, Syr. Saech. Unc. semis.

MIXTURA ANTIDYSCHEMICA.

CHELIUS: Extr. Levist. Drachm. duas, Roob Junip., Tart. tart. Drachm. unam, Aq. Petrosel. Unc. quinque, Spir. Nitr. dulc. Drachm. unam, Spir. Sal. dulc. Drachm. tres, Ozymell. squill. Unc. unam, Aq. Menth. crisp. Unc. octo. RICHARD: Tart. solub. Unc. unam, Acet. squill. Unc. unam et semis, Infusi Hb. Digital. purp.

ex Unc. semis parati Libr. duas. MARCUS: Tinct. regiae Drachm. unam, — Digit. purp. Drachm. tres, Aq. Menth. pip., — Cinnam. simpl., — Meliss. Drachm. duas. KOPP: Pulv. Rad. Serpent., — Chinae fusc. Drachm. unam ad duas infund. Aq. fervid. q.s. ad colat. Unc. quatuor, Cremor. Tart. solub. Drachm. unam et semis ad duas, Spir. Nitri dulc. Scrup. duas ad Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant. Drachm. quinque, Roob Junip. Drachm. tres, SAINTE-MARIE: Succi Cerefolii Unc. octo, Syr. Polygal. Virgin. vinosi, — scillit. Drachm. unam, Pulv. Cantharid. Gran. dimidium ad unum.

MIXTURA ANTHYDROPICA PRO INFANTIBUS WENDT.

Rec. Rad. Levist. Drachm. unam ad tres, infund. Aq. fervid., colat. refrigerat. Unc. sex adde Spir. Salis dulc. Scrup. unum ad Drachm. unam, Syr. Flor. Aurant. Unc. semis.

MIXTURA ANTHYSTERICA s. NERVINA.

ELLIS: Rec. Asae foetidae Drachm. unam, Aq. Menth. pip. Unc. unam et semis, Tinct. Valer. volat. Drachm. duas, — Castorei Drachm. tres, Naphth. Vitrioli Drachm. unam. BORIES: Tinct. Castorei Gutt. quadraginta, Aq. Menth. pip. Unc. tres. RATIER: Aq. Valerian., Aq. Paeoniae Drachm. duas, Syr. Stoechad. Unc. unam, Tinct. Castorei Gutt. viginti. PIERQUIN: Tinct. Castor., — Succini Drachm. unam, Aq. Flor. Naphae Unc. sex, Laud. liquidi SYDENH. Gutt. duodecim.

MIXTURA ANTHICTERICA s. AD ICTERUM.
CADET.

Rec. Liq. Terrae fol. Tartari, Mellag. Tarax. Drachm. unam, Extr. Cicutae Gran. decem ad viginti, Aq. Foeniculi Unc. sex, Syr. quinque Radic. Unc. unam.

MIXTURA ANTIMIASMATICA vid. Aqua antimiasmatica (p. 44).

MIXTURA ANTIOTODYNICA PIERQUIN.

Rec. Opii Gran. tria ad quatuor, Croci Scrup. semis, Myrrh. Drachm. semis, Succi Malvae Unc. semis, Ol. Amygdal. dulc. Unc. duas.

MIXTURA ANTI PERIODICA.

BORIES: Rec. Resinae Chinac. Drachm. unam, Salis Absinth. Drachm. semis, Aq. destillat. Unc. duas et semis, Syr. Sacchari Unc. semis. PIERQUIN: Extr. Chinac. Drachm. sex, Succi Limon. Unc. unam, Salis Absinth. Drachm. semis Elix. Vitriol. MYNSCH. Gutt. sexaginta, Aq. Meliss., — Flor. Naphae, — Menth. Drachm. unam.

MIXTURA ANTIPHLOGISTICA. Conf. Fo-mentatio refrigerans (p. 439).

MIXTURA ANTIPHTHISICA.

PARIS: Rec. Extr. Cicut., — Hyosc. Drachm. unam, Mucilag. Gummi arabici Drachm. duas, Spir. MINDERERI Unc. unam, Aq. destill. Unc. quatuor, Vini Ipecac. Drachm. unam, Syr. Papav. Rheead. Unc. semis. WENDT:

MIXTURA ANTIPSORICA — MIXTURA AROMATICA 557

Gummi Ammoniaci Gran. viginti quatuor,
Mucil. Gummi arabic. Unc. semis., Aq. Foe-
niculi Unc. quatuor, Syr. Alth. Unc. unam.

MIXTURA ANTIPSORICA s. ANTISCA- BOSA BRERA.

Rec. Graphit., Flor. Sulph. $\overline{\text{a}}$ Drachm.
unam, Decocci Hordei Libr. unam.

MIXTURA ANTIPYRETICA VOGLER Weilb.

Rec. Aq. Rubi Idaei Unc. septem, Nitri
Drachm. duas, Syr. Rubi Idaei vel Dialth.
Drachm. sex. Addas etiam Crystal. Tartari
Drachm. duas vel Acer Rubi Idaei Unc. semis,
vel Spir. Vitrioli Scrup. unum vel Sacch. Lac-
tis Drachm. duas.

MIXTURA ANTISCABIOSA vid. Mixtura
antipsorica.

MIXTURA ANTISCROPHULOSA.

SUNDELIN: Rec. Calcareae chlorosae Scrup.
unum, Aq. destill. Unc. sex solut. filtrat. ad-
de Syr. Sacchari Unc. semis. HECKER: Extr.
Cicutae Gran. duo ad sex, Aq. Meliss. Unc.
duas, Tinct. Rhei aq. Unc. unam.

MIXTURA ANTISPASMODICA.

WENDT: Rec. Moschi opt. Gran. sex, Sal.
Alcal. volat. siccii Gran. quatuor, Sacch. albi
Drachm. tres, Aq. Chamom. Unc. unam et se-
mis. Eiusdem: Radic. Valer. min. Drachm.
tres, infuse Aq. fervid. ad colat. refrig. Unc.
quatuor, Moschi gen. Gran. octo, Spir. Cornu
Cervi rectific. Scrup. duos, Tinct. Ambr.
Drachm. duas, Syr. Flor. Naphae Unc. semis.
SWEDIAUR: Moschi Scrup. duos, Gummi ara-
bici Drachm. unam, Spir. Junip. comp. Unc.
unam, Syr. Sacch. Drachm. tres, Aq. Menth.
viridis Unc. quinque. VOGLER Weilb.: Aq.
Acac. Unc. quatuor, Nitri Drachm. unam,
Cryst. Tartari Scrup. duos, Rad. Ipecac. Gran.
unum, Syr. Rubi Idaei Unc. semis VOGT:
Opii puri, Pulv. Ipecac. $\overline{\text{a}}$ Gran. sex, Liq.
Cornu Cervi succ. Scrup. quinque, Aq. Valer.
Unc. quinque, Syr. Chamom. Unc. semis.
BRERA: Aq. Meliss., — Cinnam. $\overline{\text{a}}$ Unc. duas,
Camphor. Scrup. unum, Moschi orient., Sal.
volat. Corn. Cervi $\overline{\text{a}}$ Gran. quindecim, Syr. e
Narcotina Unc. unam.

MIXTURA ANTISPASMODICA et DIURE- TICA BRERA.

Rec. Aq. Menth. pip. Unc. duas, Liq. ano-
dyn. Hoffm., — Cornu Cervi succinat. $\overline{\text{a}}$
Scrup. duos, Spir. Nitri dulc. Scrup. unum.

MIXTURA ANTISPASMODICA INFANTUM. WENDT.

Rec. Liq. Cornu Cervi succinat. Drachm.
unam, Aq. Tiliae Unc. duas, Syr. Naphae
Unc. unam.

MIXTURA ANTISPASMODICA RESOL- VENS Ph. paup. Hamb.

Rec. Infusi Valerian. Unc. octo, Mell. Li-
quirit. Unc. unam, Vini antim. Hux. Drachm.
 $\overline{\text{a}}$ duas, Liq. anod. min. Hoffm. Drachm. unam.

MIXTURA ANTISPASMODICA SIMPLEX.

SWEDIAUR: Rec. Liq. anodyn. vegetabil.
Drachm. unam, Aq. Menth. pip. Unc. sex
— Meliss. comp., Syr. Papav. $\overline{\text{a}}$ Unc. unam.
BRUGNATELLI: Liq. anodyn vegetabil., Tinct.
Castorei Unc. semis, Olei Valer., Laudani liq.
SYDENEH. $\overline{\text{a}}$ Drachm. semis.

MIXTURA ANTISYPHILITICA.

BRUGNATELLI, CADET: Rec. Ungt. aegyp-
tiaci Drachm. duas et semis, Aq. purae Unc.
duas. DE HAEN: Mercur. sublimati corros.
Gran. tria, Extr. Gratiol. Drachm. duas, Extr.
Aconiti Drachm. unam, Roob Sambuci Unc.
sex.

MIXTURA ANTIVOMITIVA PIDERIT.

Rec. Olei Absinthii Drachm. unam, Alcohol.
rectific., Liq. anodyn. min. Hoffm. $\overline{\text{a}}$ Unc.
semis.

MIXTURA APERIENS.

BUSCH: Rec. Olei Ricini Unc. duas, Mu-
cilag. Gummi Mimos. Unc. unam, Aq. Ane-
thi Unc. unam, Tinct. Jalap. Drachm. unam.
Disp. Ful. Salis Ammoniaci Scrup. qua-
tuor, Aq. Chamomill. Unc. decem, Vini anti-
mon. Drachm. unam, Ozymel. simpl. Unc.
duas.

MIXTURA APERIENS COMPOSITA COOPER.

Rec. Infusi Senn. Unc. quatuor, Tart. tar-
tarisat. Drachm. sex, Tinct. Jalap. Drachm.
duas, Syr. Rhamni Drachm. tres.

MIXTURA IN APHTHIS.

WENDT: Rec. Extr. Chin. frig. pur. Drachm.
unam, Gummi arabic. Scrup. duas, Aq.
Tiliae Unc. tres, Spir. Salis s. Nitri dulcis
Drachm. semis, Syr. Cort. Citri Unc. unam.
LENTIN: Extr. Chin. frig. par. Drachm. unam
et semis, Ligni Campech. Drachm. unam, Bo-
rac. Drachm. semis, Decocci Salep. ten. Unc.
quatuor, Syr. Alth. Unc. unam.

MIXTURA APOPLECTICA FULLER.

Rec. Balsam. peruv. Gutt. triginta duas, Ol.
Nuc. Moschat. Gutt. duas, — Caryophyll. Gutt.
duas, Sacch. alb. Drachm. duas, Vitell. Ovi
nius, rite commixtis, adde Spir. Lavand. comp.
Drachm. unam, — Cochlear. Drachm. semis,
Sal. Ammoniaci Gutt. octodecim, Aq. Cerasor.
nigr. Unc. unam et semis.

MIXTURA AQUAE LAURO-CERASI.

BRERA: Rec. Emuls. semin. Citri Unc. qua-
tuor, Aq. Lauro-Cerasi Gutt. quadraginta.
SCHLEGEL: Infusi frig. Lign. Quassiae Unc.
quatuor, Aq. Lauro-Cerasi Gutt. sexaginta,
— Menth. pip. Unc. duas.

MIXTURA AROMATICA s. PIPERITA. Ph. Genevens.

Rec. Elix. Vitriol. Drachm. duas, Syr. Zin-
gib. Unc. duas, Aq. Menth. pip. Unc. octo.
Ph. Nosoc. St. Barth.: Confect. aromat.
Drachm. duas et semis, Aq. Piment. dilut. Unc.
octo.

558 MIXTURA ASAE FOET. — MIXT. CASTOR. AMMON.-SPIRIT.

MIXTURA ASAE FOETIDAE vid. Emulsio
Asae foetid. (p. 352).

MIXTURA IN ASTHMATE MILERI.

Rec. Asae foetid. Drachm. semis, Moschi
Gran. octo, Mucil. Gumm. arabic. Unc. semis,
Aq. destill. Unc. duas et semis, Sacch. albi
Drachm. duas.

MIXTURA BALSAMI COPAIVAE vid. Emuls.
Balsami Copaivae (p. 352).

MIXTURA BALSAMI PERUVIANI GRAY.

Rec. Balsami Peruviani, Mell. despumati \bar{a}
Drachm. duas, Decocti Liquirit. Unc. sex, Eli-
xir Vitrioli Myrsichti Gutt. viginti, Tinct. Au-
rant. Unc. semis.

MIXTURA BALSAMICA BORIES.

Rec. Terebinth. Drachm. duas, Vitell. Ovi
unius, Extr. Rhei, Salis Prunell. \bar{a} Drachm.
unam, Infusi Liquirit. Unc. decem, Syr. Al-
thaeae Unc. unam.

MIXTURA BECHICA vide Mixtura Ammoni-
aci composita.

MIXTURA BOERHAVII vide Mixtura expec-
torans.

MIXTURA BORAXATA vide Gargarisma
Boracis (p. 445).

MIXTURA CUM CALOMELLE SAUNDER.

Rec. Mercurii dulcis Scrup. semis, Syr. Fu-
mariae Unc. duas, Aq. Fumar. Libr. unam.

MIXTURA CAMPHORAE vide Julapium
e Camphora (p. 486).

MIXTURA CAMPHORAE AMMONIATA
RICHARD.

Rec. Mixtur. Camphor. Unc. unam, Spir.
Ammon. foetid. Unc. semis.

MIXTURA CAMPHORAE COMPOSITA
Ph. Lusitanic.

Rec. Camphorae Drachm. semis, Spir. Nitri
dulc. Drachm. duas, Infusi Serpent. Unc. qua-
tuor, Sacch. alb. Drachm. duas.

MIXTURA CAMPHORAE CUM MYRRHA
Ph. Nosoc. St. Barth.

Rec. Camphorae, Myrrhae \bar{a} Drachm. se-
mis, Aq. commun. Unc. octo.

MIXTURA E CAMPHORA CUM ACETO
vid. Julapium e Camphora acetosum (p. 486)

MIXTURA CAMPHORATA vid. Julapium
e Camphora (p. 486).

MIXTURA CAMPHORATA AETHEREA s.
Haustus incitans nervinus s. Potio
aetheraea camphorata.

AUGUSTIN: Rec. Camphor. Scrup. unum,
Naphth. Vitrioli Drachm. duas, Aq. Cinnam.
Unc. sex, Laudani liq. SYDENH. Gutt. viginti.
BRERA: Decocti Chinae saturati c. Serpeniar.
Unc. sex, Camphor. Scrup. duos, Naphth. Vi-
triol. Gutt. triginta.

MIXTURA CAMPHORATO-SPIRITUOSA,
s. Potio alcoholica camphorata AUGUSTIN.

Rec. Camphor. Drachm. duas et semis, Spir.
Vini rect. Drachm. tres, Gummiarabici, Sacch.
albi \bar{a} Drachm. duas, Aq. fluviat. ferv. Unc.
octodecim.

MIXTURA CAMPHORICA VAN MONS.

Rec. Olei Camphorae Drachm. semis, Nitri
Drachm. duas, Sacch. albi Unc. semis, Mell.
albi Unc. unam, Aq. Foeniculi Unc. octo.

MIXTURA CARBONATIS CALCIS COM-
POSITA vid. Mixtura Cretae.

unum, Tart. tartaris. Unc. semis, Crem. Tar-
tari Drachm. semis, Syr. Rosar. solut. Drachm.
sex.

MIXTURA SOLVENTS vid. Mixtura e Kali
sulphurico.

MIXTURA SPIRITUS VINI GALLICI Ph.
Lond., Nosoc. St. BARTHOL.

Rec. Spir. Vini Gallici, Aq. Cinnam. $\frac{aa}{aa}$
Unc. quatuor, Vitell. Ovorum duorum, Sacch.
alb. Unc. semis, Ol. Cinnam. Gutt. duas.

MIXTURA STEGNOTICA Disp. VIENN.

Rec. Aq. Plantag. Unc. tres, — Cinnam.
Drachm. tres, Acei Vini Unc. semis, Corall.
rubr. praep. Scrup. duos, Terr. sigillat. rubr.
Scrup. unum, Extr. Opii Gran. tria, Syr. Myr-
till. Drachm. tres.

MIXTURA STIMULANS GRAY.

Rec. Sal. Alkali volatil. Drachm. semis,
Aq. Menth. pip. Unc. septem, Syr. Cort. Au-
rant. Unc. semis.

MIXTURA STIMULANS ANTISPASMO-
DICA vid. Julapium moschatum (p. 488).

MIXTURA STOMACHICA.

SAUNDER: Rec. Tinct. Cort. Aurant. Unc.
unam, — Trifol., — Gentian $\frac{aa}{aa}$ Drachm.
duas. SAINTE-MARIE: Extr. Gentian. Drachm.
duas, Aq. Menth. pip. Unc. quatuor.

MIXTURA STRUMALIS HUFELAND.

Rec. Natri bicarbonici Drachm. duas ad
tres, Aq. Menth. pip., — destill. simpl. $\frac{aa}{aa}$
Unc. duas, Extr. Cort. Aurant. Drachm unam
et semis.

MIXTURA STRYCHNINI — MIXTURA TONICO-INCITANS 569

† MIXTURA STRYCHNINI s. STRYCHNINA GRAY, MAGENDIE, PIERQUIN, RATER.

Rec. Strychnini Gran. unum, Aq. destill. Unc. duas, Sacch. albi Drachm. duas, Acidi acetici Gutt. duas.

MIXTURA STYPTICA vid. Liquor Aeris cinnamomatus (p. 516).

MIXTURA SUBCARBONATIS MAGNESIAE vid. Mixtura antacida.

MIXTURA SUDORIFERA ANTIFEBRILIS
BOERHAVE.

Rec. Sal. SEIGNETTE Drachm. duas, Syr. quinque Radio. aperient. Unc. duas, Opii puri Gran. duo, Aq. Card. bened., — Absinth., — Rutae, — Majoran., — Menth. à Unc. unam, Extr. Absinth. Unc. duas.

MIXTURA SULPHATIS FERRI GUMMOSA
Ph. Hisp.

Rec. Vitriol. Martis Drachm. unam et semis, Gumm. Arabic. Unc. unam, Aq. bullient. Libr. unam.

MIXTURA SULPHURICO-ACIDA vid. Aqua RABELLI (p. 87).

MIXTURA SULPHURIS PRAECIPITATI,
Potio sulphurata

AUGUSTIN: Rec. Lact. Sulphur. Drachm. duas, Aq. Foenicul. Unc. tres, — Cinnam. Unc. unam, Syr. opati Unc. semis. VOGT: Lact. Sulphur., Crem. Tart. à Drachm. duas, Mellag. Tarax. Drachm. sex, Aq. Flor. Tiliae Unc. quinque, Syr. Alth. Drachm. sex.

MIXTURA SYLVII.

Rec. Opii Gran. duo, Acet. destill. Unc. semis, Aq. Plantag. Unc. sex, Syr. Diacod. Unc. unam.

MIXTURA TARTARI DEPURATI AUGUSTIN.

Rec. Crem. Tart. Unc. semis, Aq. fervid. Unc. quatuor, Oxytm. simpl. vel Syr. Succi Citri Unc. unam.

MIXTURA TARTARI EMETICI GRAY.

Rec. Liq. Tart. emet. Unc. semis, Nitr. dep. Scrup. duos, Aq. Menth. virid. Unc. sex, Syr. Sacch. Unc. semis.

MIXTURA TARTARI STIBIATI ET BORAXATI JUNIPERINA.

AUGUSTIN: Rec. Tart. emet. Gran. unum, Cremor. Tart. solub. Unc. semis, Infusi Bacc. Junip. Unc. octo, Liq. anod. Horfm. Drachm. tres, Laud. liq. SYDENH. Gutt. triginta ad sexaginta.

MIXTURA TARTARICA vid. Mixtura e Kali tartarico.

MIXTURA TEMPERANS.

Ph. paup. Hamb.: Rec. Aq. font., Oxymel. simpl. à Unc. quatuor. v. SIEBOLD: Aranci dupl. Unc. semis ad Drachm. sex, Aq. fervid. Unc. octo, Mellag. Gramin. Unc. unam. VENDE: Tart. tartaris. Drachm. unam et

semis ad tres, Decocci Hordei Unc. tres, Syr. Alth. Unc. unam. BERENDS: Ciner. clavell. dep. Drachm. semis ad unam, satura cum Succi Citri rec. expr. q. s. adde Aq. destill. Unc. duas, Syr. Rubi Idaei Unc. unam, Vini antim. Huxu. Drachm. unam. Vel: Nitr. dep. Drachm. unam et semis ad tres, Gumm. Arabici Drachm. duas, Aq. destill. Unc. quinque, Syr. Alth. Unc. unam et semis, Vini antim. Huxu. Drachm. unam ad duas.

MIXTURA TEREBINTHINATA SAUNDER.

Rec. Terebinth Argent. Drachm. tres, contare cum Vitell. Ovi q. s. et adde sensim Infusi Sem. Lini Libr. unam.

MIXTURA THERIACALIS RATER.

Rec. Elect. Theriac. Drachm. unam et semis, Gumm. Arabici Drachm. unam, Aq. Unc. sex, Syr. Sacch. Unc. unam,

MIXTURA TONICA.

Rec. Aq. Menth. Unc. quatuor, Extr. Gent. rub. Drachm. unam et semis ad duas, Spec. Diatragac. Drachm. semis, Terra Japon. Scrup. duos, Opii puri Gran. tria ad quatuor, Spirit. Vitrioli acid. Gutt. duodecim. Addere potes Rad. Ipecac. Gran duo. GRAY: Infusi Cascar. Libr. duas, Tinct. Aurant. comp. Unc. duas, Acid. sulphur. aromat. Drachm. duas. RICHARD: Extr. Chinæ Drachm. duas, Aq. comm. Unc. sex, Syr. Bals. Tolut. Unc. duas. AUGUSTIN: Tinct. Chinæ comp. Unc. duas, Laud. liq. SYDENH. Naphth. Vitrioli Drachm. duas.

MIXTURA TONICO-ADSTRINGENS, Potio adstringens BREZA.

Rec. Cort. Chinæ, Rad. Ratanh. à Unc. semis, coque cum Aq. font. s. q. ut colat. Unc. novem, adde Extr. Chinæ vinos. Scrup. quatuor, Elix. roborant. WHITTI Drachm. unam, Aq. Citri Unc. unam.

MIXTURA TONICO-ANTIHECTICA GREFITHI vid. Mixtura Ferri composita (p. 562).

MIXTURA TONICO-ANTISEPTICA BREZA.

Rec. Decocci Chinæ Unc. octo, Infusi Flor. Arnic. Unc. sex, Camphor. Scrup. duos, Syr. Bals. Tolut. Unc. unam, Emuls. gummos. Unc. quatuor.

MIXTURA TONICO-BALSAMICA BREZA.

Rec. Decocci Chinæ Unc. quatuor, Tinct. Martis pomat. Drachm. unam, Aq. destill. Terebinth. Unc. quatuor, Syr. balsamici Unc. unam.

MIXTURA TONICO-BALSAMICA DIA-PHORETICA BREZA.

Rec. Cort. Chinæ Unc. semis, Rad. Seneg. Drachm. duas, Aq. font. q. s. ut fiat decoct. colatur. Unc. decem, adde Balsam. Tolutani Unc. unam, Vini antim. Huxu. Drachm. duas, Syr. Violar. Drachm. sex.

MIXTURA TONICO-INCITANS BREZA.

Rec. Cort. Chin. Unc unam, coque in vase

clauso cum s. q. Aq. font., tunc infunde Rad. Serpent. Virg. Drachm. duas, colatur. Unc. octo, adde Camphor. Scrup. duos, Naphth. Vitrioli Drachm. unam, Aq. Cinnam. Unc. unam.

MIXTURA TONICO-NERVINA BRERA.

Rec. Cort. Chin. Unc. semis Rad. Bistort. Drachm. unam, coque in s. q. Aq. font. per horae quadrantem, postea infunde Flor. Arnic. Drachm. duas, colat. Unc. octo, adde Vini antimon. Huxx. Drachm. unam et semis, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

MIXTURA TONICA-NERVINA STAHLI,
Tinctura tonico-nervina STAHLI (Hamb.)
Disp. Brunsy., Fuld., Ph. Hamb.,
Palat., Saxon., Wirt.

Rec. Spirit. Cornu Cervi rectif. Unc. unam, Tinct. Antimonii acris Unc. duas. Ph. Danic.: Tart. emet. Unc. duas, Spir. Cornu Cervi rectif. Unc. unam.

MIXTURA TONICO-STOMACHICA, Potio stomachica BRERA.

Rec. Rad. Columb. Drachm. unam, coque cum Aq. font. s. q. et colat. Unc. sex adde Aq. Cinnam. Unc. unam, Tinct. Absinth. Drachm. duas, Spir. Nitri dulc. Scrup. unus, Elix. roborant. Whytti Drachm. duas, Extr. Chamomill. Drachm. unam.

MIXTURA TOPICA sive Sapo Chemicus. Ph. Wirt.

Rec. Ciner. clavell. depur. Libr. unam, Antim. crudi Libr. semis, Lamell. Cupri concis. Unc. tres, fusa in crucibulo effunde, in pulvorem redige et effunde Ol. Juniperi (v. Terebinth.) Unc. unam, Spir. Vini tinctificatis. q. s. ad eminentiam digitorum aliquot, digere, decantha, hanc operationem aliquoties repeate et tincturas junge, quibus admisce Saponis Veneti et Balsami Peruviani aliquantulum. Formula inepta.

MIXTURA TRIFOLII AQUATICI FOETIDA Piderit sec. AUGUSTIN.

Rec. Extr. Trifol. aq. Unc. semis, Aceti scillit. Unc. duas, Tinct. Asae foetid. Unc. semis.

MIXTURA CONTRA TUSSIM CONVULSIVAM.

Ph. paup. Hambo.: Rec. Extr. Cort. Chin. Drachm. unam, Aq. destill. Unc. tres, Mell. Liquirit. Unc. unam, Vini antim. Huxx. Drachm. unam, Tinct. Cantharid. intern. Drachm. semis. RICHARD: Tinct. Opii Gutt. ex, Vini Ipecac. Drachm. unam, Aq. destill. Unc. unam, Syr. simpl. Drachm. tres, Alkali miner. dep. Gran. viginti quatuor.

MIXTURA VERMIFUGA ET PURGANS SAINTE-MARIE.

Rec. Sal. SEIGNETT., Rad. Jalapp., — Valer. sylv. Drachm. unam, Oxymerc. scillit. Unc. quatuor.

MIXTURA VINOSA SAUNDER.

Rec. Arcani duplicati dep. Drachm. semis, Decoc. Hordei Libr. duas, Roob Ribium, Vini ^{as} Unc unam et semis, Aceti Unc. unam, Syr. Rubi Idaei Unc. duas.

MIXTURA VOLATILIS SAUNDER.

Rec. Sal. Succini Drachm. duas, — Cornu Cervi volat. Drachm. unam, Aq. Flor. Sambuci Unc. sex, Extr. Taraxaci Drachm. duas.

MIXTURA CONTRA VOMITUM Disp. Fuld.

Rec. Aq. Menth. pip. Unc. duas, Salis Tariari Scrup. duos, Aceti concentrati Drachm. duas, misceantur et finita effervescentia addatur Tinct. Opii Scrup. unus.

MIXTURA VULNERARIA ACIDA vid.
Aqua vulneraria THEDENI (p. 98).

MIXTURA WERLHOFFII.

Rec. Bals. Peru. Drachm. duas, Vitellos Ovor. duos, Extr. Chinae Unc. semis, Mell. rosat. Unc. quatuor.

+ MORPHIUM, Morphium purum, Morphia, Morphina, Morphinum, Morphiun, Morphin; Morphine.

Rec. Placentas Morphii muriatici semel expressas (quales praeparare voce Morphium muriaticum descriptum est), dissolve in Aquae destillatae calidae sufficiente quantitate (e. gr. decuplo), hanc solutionem in lac Calcariae tenue conjice (nec vice versa), coque per minuta aliquot, fervida filtra per chartam vel limateum, et liquori filtrato limpido adjice Salis Ammoniaci pulverat q. s. ut Morphium penitus praecipitetur. Salis Ammoniaci nimis non nocet. Liquorem adhuc calidum sepone per noctem ut Morphium concrescat; hoc in filtro collige et Aqua destillata frigida ablue et sicea.

Sunt crystalli aciculares, tenues, nitidae, coloris atque odoris expertes, pulveratae degustatae amarum sapientes, aere persistentes, aqua frigida vix, fervida parum, Spiritu Vini rectificatissimo fervido facile, Naphtha Vitrioli minime solubiles; acidis dilutis, imo aceticis, facilime solvantur, ex hac solutione Lixivio caustico kalino primum praeccipitentur, tum hoc excedente adjecto iterum penitus praeccipitatum dissolvatur, nec materia quaevit intacta a Lixivio remaneat, quo Narcotina indicatur; denique in cochleari platineo vel lamina combustae atque ignitae penitus consumantur, nec residuum relinquunt. Caute calefactum Morphium liquatur et liquidum subflavum exhibet, fortius ignitum decomponitur, Salia Morphii praeccipitantur infusione et tinctura gallarum, et adjectis solutionibus Oxydi Ferri color coeruleus excitatur. Part. const. Carbo-

nei 35, Hydrogenii 40, Oxygenii 6, Azoti 2 Pond. Mixt. Crystallisatum Aquae 2 Pond. Mixt. continet. *Vis:* narcotica, sedativa, facile deleteria. *Usus:* Morphiun purum nunquam vel raro tantum adhibetur, sed parandis salibus Morphii inservit.

† MORPHIUM ACETICUM, Morphia acetica, Acetas Morphinae. Citrōsaures Morphium. Acetate de Morphine.

Rec. Aceti concentrati quantum *vis*, dilue cum Aquae destillatae pondere sextuplo et adjice Morphiun purum, quamdua hoc dissolvitur. Tum Aceti guttulas aliquot adde ut reactio acida praevaleat, et liquorē leni calore, sub finem in balneo aquae, inter assiduum agitationem ad siccum consumē. Massam pulverulentam in vitrum optime muniendum ingere.

Est pulvis albido vel subgriseus, saporis peramari, aqua destillata fere ex toto solubilis, lixivio caustico kalino calefacto penitus dissolvatur. De ceteris Morphii genuini virtutibus confer vocem Morphium.

Morphium aceticum purissimum minime praeparari potest. Inter evaporationem acidi aliquantulum dissipatur; et sal solutionem leviter turbidulam exhibet. Odorem aceticum semper exhalat. Solutionibus magistralibus acidi acetici diluti guttulas paucas adjicere conductit. Morphium aceticum difficulter in crystallos concrescit. Praestat ergo evaporationem eautam praecepi. *Vis:* anodyna, sopiens, narcotica, alvum obstruens. *Usus:* idem sicut Opii puri et Laudani, in affectionibus spasticis, dolorificis; per methodum endermicam quoque in corpus ingeritur.

† MORPHIUM CITRICUM, Citras Morphinae. Citronensaures Morphium. Citrate de Morphine.

Rec. Acidi citrici crystallisati q. v., solve in Aquae dest. sufficiente quantitate (e. gr. decupla) adde Morphiun purum usque ad saturationem, et cauta evaporatione ad siccum redige. Inest in Guttis roseis (p. 460). Per se nunquam praeparatur vel adhibetur, utpote plane supervacaneum.

† MORPHIUM MURIATICUM. Salzsauers Morphium. Muriate de Morphine.

Synon.: Murias Morphinae, Hydrochloras morphicus.

Rec. Opii Smyrnaici bonae notae Libram unam, coque cum Aquae communis Libris tribus, donec Opium in-

ter agitationem perpetuam penitus diapsum fuerit, conjice in linteum, idque bene eguttatum in prelo torculari fortiter exprime. Placentam manibus diremtam iterum cum Aquae communis Libris duabus dilue, iterumque ex linteo exprime. Hoc tertium repetatur. Placentam nunc residuam et a Morphio liberam rejice. (Narcotinae parandae inservire potest.) Liquoribus expressis mixtis adde

Lac Calcariae

ex Calcariae ustae Uciis tribus et Aquae communis calidae Libra una et semis paratum, mixta sensim ad ebullitionem calefac, coque per minuta tres ad quatuor, tum in linteum humectatum expansum conjice, et fac eguttare. Linteum denique exprime. Placentam calcaream expressam denuo coque cum Aquae communis sufficiente copia, iterumque exprime; hoc tertium repeate. Placenta tertium expressa rejiciatur.

Liquores expressos sensim fac evaporare ad pondus Librarum circiter duarum, adhuc calida filtra per filtrum stellatum dispositum, et filtrato ad ebullitionem calefacto una vice injice.

Salis Ammeniaci pulverati Unciam unam.

Mixta seponantur per noctem ut Morphiun concrescat. Crystallos granulosas Morphii in filtro collige et Aqua destillata inspersa lava. Morphiun maxima ex parte a filtro desum-

tum dissolve caloris ope in Aquae destillatae Unciis duabus vel tribus et Acidi muriatici sufficiente quantitate guttatum admixta, fervidam solutionem in filtrum Morphii conjice, ut, quid in eo relictum fuerit, penitus solvatur, et solutionem filtra in patinam suppositam. Filtrum guttulis Aquae destillatae inspersae lava. Solutionem Morphii muriatici evaporatione consume, donec frigefacta in crystallos sericeas, stellatim coacervatas, crescat. Has ex lixivio matris exemptas ex linteo albissimo fortiter digitis extorque. Lixivia matris iterum inspissa, et crystallos enatas quoque exprime. Placentas Morphii muriatici expressas calore dissolve in Aquae destillatae sufficiente copia, filtra, et leni evaporatione in crystallos redige. Has charta bibula involutas aëri expositas exsicca. Solutio a crystallis Morphii muriatici separata, evaporatione denuo crystallos progignat, quae in charta bibula involutae quoque siccentur. Lixivia matris duo adhuc residua coque cum Lacte Calcariae, filtra, filtrato adde Sal Ammoniacum ut supra, ut Morphium iterum recuperes, quod simili modo in Morphium muriaticum vertatur. Lixivia matris nunc residua sepone in vase signato pro altera praeparatione. **Part. const.** ex nomine patent. —

Vis: sedans, anodyna, minus intoxicans, quam Opium purum.

Sint crystalli sericeae, tenues, aciculares, ex centro radiales, levissimae, saporis amari, ad aërem immutabiles persistentes, aquae frigidæ pondere sedecuplo, fervidae pari solubiles, Spiritu Vini persolubiles.

Usus: qualis Opii.

In parando Morphio scriptores de remedica multam operam navaverunt, nec tamen eo finem exoptatum nacti esse videntur. Aliae formulae Morphium a Narcotino non liberum exhibent, aliae sumptum magnum Spiritus Vini, aliae praeparati jacturam secum ferunt. Hac ergo in re proprio Marte experimentis multis idque accuratis fultus novam viam indicare ausus sum. Hoc enim ubique propter Opii pretium summopere spectetur, ut quam minimo operationum numero finis attingatur, quia deperdendi periculum ubique imminet. Calcaria extineta decolorationem eximie efficit, quum materiae colorantes Opii chemice ab illa configuntur; liquores a Calcaria decoloratae linteum facilime penetrant limpidae, ideoque res citius agitur. Morphium Sale Ammoniaco praecipitatum ex liquore paene fervido crystallinum erit absque Spiritus Vini ope. Narcotinum duabus de causis e Morphio nostro abesse debet, propter Calcariae vim praecipitantem in Narcotinum, et propter Morphii muriatici crystallisationem et expressionem.

Morphium muriaticum ex gravissimis argumentis acetico anteponitur. Facillime enim praeparatur, et ex qualitatibus suis purum esse eluet. Ex Morphio impuro propter crystallisationem purum facilime obtinetur. Temporis lapsu minime mutatur vel decomponitur, nec acidum amittit. Vis medica eadem, dosis certissima, absque acido adjecto facillime dissolvitur. In Britannia Morphium muriaticum jam pridem in usum vocatum, experientiae et usus testimonium accepit.

Vix indicari opus est, ut filira, colatoria, vitra, cet., Morphio imbuta aqua calida acidula abluantur, et liquores sic obtenti alteri praeparationi iterum adjiciantur.

† MORPHIUM SULPHURICUM.
Sulphuris Morphii v. morphicus.
Schwefelsaures Morphium, Morphin-
sulphat. Sulphate de Morphine.

Rec. Morphii puri q. v., dilue cum aquae destillatae calidae parva copia, adde Acidi sulphurici diluti guttulas, donec Morphium penitus solutum fuerit, liquore limpidum (filtrandum, si non limpidus est) blando calore in Syrupum tenuem fac evaporare, tunc in locum frigidum per dies aliquot

sepone, ut Morphium sulphuricum in crystallos abeat. Has Charta bibula involutas exsicca in loco tepido tantum. Lixivia matris iterum evaporent, ut alteram copiam Salis obtineas, denique praecepita pro Morphio puro obtainendo, sicuti voce Morphium purum de Sale muriatico edocatum est. Sal aeiculare, aere persistens, odoris expers, saporis amarissimi, facile aqua solubile. Propter Morphium muriaticum plane supervacancum est.

MORSULI, *Bissen*, *Morceaux*, sunt frustula solidia, tabulaeformia, quadrangularia, longitudine duos, latitudine dimidium ad integrum pollicem, crassitudine sextam vel quartam pollicis partem emetientia; pro rei summa saccharo constant cui corpora aromaticia, medica, olea cet. aequabiliter sunt immixta. Morsulorum praeparatio ad eandem semper regulam fit. Saccharum praescriptum in quarta sui ponderis parte solvatur, et tamdiu in catino igne vivido coquatur, donec spathula in aërem excussum in lacinias plumosas abeat. Hoc decoctionis stadium plerumque tabulandi consistenti vel coctio ad plumam appellatur. Catino ab igne remoto materiae aromaticae, dissecatae vel ruditer contusae sedulo immiscentur et massa in modulum morsulorum antea leviter humectatum vel oleo Amygdalarum illitum effunditur; tum adhuc tenax atque calida in morsulos vel tabulas dissecatur. Morsulorum praeparatio novissimis temporibus jam magis ex officinis pharmaceuticis in conditorum culinas jure transmigravit.

MORSULI ACETI. Ph. Batav., Disp. Fuld.

Rec. Sacch. albi Unc. quatuor, modice calescat ad Aceti concentr. Unc. unam. Miscentur, et fiant morsuli.

MORSULI CUM ACIDO CITRICO Ph. Gall.

Rec. Acidi citri subtiliss. pulv. Drachm. unam, Sacch. albi Libr. semis, Ol. Citr. Gutt. duodecim. Misce in mortario marmoreo et adjecta s. q. Mucilag. Gumm. Tragac. morsuli ponderis granorum duodecim formentur.

MORSULI ACIDI OXALICI s. ad sitim. Ph. Gall. 1818.

Rec. Acidi oxalici subtiliss. pulv. Drachm. unam, Sacch. albi Libr. semis, Ol. Citri Gutt.

duodecim. Mucilag. Gumm. Tragac. q. s. ut fiant morsuli granorum duodecim. Simili modo fiant cum acido citrico et tartarico.

MORSULI ANTACIDI CHEVALLIER.

Rec. Magnes. ust. Unc. unam, Succulatae Unc. duas, Sacch. alb. Unc. quinque, f. morsuli cum Mucilag. Tragacanth. Gran. viginti quatuor.

MORSULI ANTHELMINTHICI.

SCHMIDT: Rec. Sem. Cinnae, Flor. Tanacet. $\frac{1}{2}$ Drachm. duas, Aethiop. mineral., Rad. Jalapp. $\frac{1}{2}$ Drachm. unam et semis, Cort. Cinnam. Drachm. unam, Sacch. albi in Aq. Rosar. solut. et ad consistentiam tabulandi cocti Unc. tres et semis; fiant morsuli ponderis Drachm. unius. REUSS Disp. univers.: Pulv. Sem. Cinnae, — Helminthochort. $\frac{1}{2}$ Unc. semis, Aethiop. mineral., Rad. Jalapp. $\frac{1}{2}$ Drachm. tres, Resin. Jalapp. (cum pineis vel amygdalis subigendae) Scrup. duos, Pulv. Cort. Cinnamomi Scrup. quatuor, Sacch. albi cum Aq. Rosarum ad consistentiam tabulandi coquendi, Unc. septem, f. morsuli Drachm. unius vel duarum. Disp. Fuld: Sacch. albi Unc. octo, Aq. comm. Unc. quatuor, rite coctis adde Pulv. Flor. Tanaceti Unc. unam, Aethiop. antimonialis, Rad. Jalapp. $\frac{1}{2}$ Drachm. tres, Flor. Cass. Drachm. duas.

† **MORSULI ANTIMONIALES**
KUNKELII, Tabellae antimoniales, Morsuli stibiati, Trochisci stibiati, Tabellae cum Sulfureto stibico (Gall.). Kunkel's Spiesglaenzmorsellen Tablettes antimoniales de Kunkel, Trochisques d'antimoine.

Rec. Sacchari albi Unc. sex, coque cum Aquae comm. Unc. tribus ad consistentiam tabulati, donec gutta extracta indurescat per refrigerium, tunc adde Antimonii crudii praeparati Unc. unam, Pulv. Cort. Cinnamomi Drachm. duas; effunde sub perpetua agitatione, ne Antimonium in fundo subsidat, in formam tabularum et in frustulas ponderis Drachmarum duarum divide.

Morsulus Antimonii crudii grana circiter quindecim continet. Ph. Hamb. Sacch. albi Unc. octo, et par. Ph. Bor. ed. 5 et Slesv.-Hols. Sacch. albi Libr. unam, Aq. comm. Libr. semis, ad consistentiam tabulandi coctis adde Antimon. crudii laevigati Unc. duas, Amygdal. dulc. exorticatarum concisarum Unc. unam et semis, Pulv. Cort. Cinnamomi, — Cardamomi minor. $\frac{1}{2}$ Scrup. unum, dein mixta celeriter in modulum humectatum effunde massam inde obtentam adhuc calidam disseca, ut fiant morsuli, quantum fieri potest aequalis ponderis Drachm. duarum. Ph. Gall. 1837: Amygd. dulc. Unc. duas, Sacch. alb. Unc. tredecim, Pulv. Cardamom. min. Unc. unam, — Cort. Cinnamomi Unc. semis,

574 MORSULI ANTISTRUMALES — MORSULI MARTIALES

Antimon. erudi praeparati Unc. unam, Mucilag. Gummi Tragacanth. q. s., ut fiant morsuli granorum duodeviginti, quorum singuli continent Antimonii erudi Gran. unum. Ceterorum Codicum varietates perstringere non opus est.

MORSULI ANTISTRUMALES. Kropfmorsellen.

NIEMANN: Rec. Carb. Spong. Unc. unam, Pulv. Gummi Arab. Drachm. unam, Cort. Cinnamomi Gran. quindecim, Syr. Cort. Aurant. q. s. ut fiant morsuli Gran. 24. **CADET DE GASSICOURT:** Succi Liquir. Unc. duas et Drachm sex, Carb. Spong. Unc. unam, Salis Soda Unc. semis, Cort. Cinnamomi Drachm. duas, Mucil. G. Tragacanth. q. s. ut f. morsuli Gran. 10. **SAINTE-MARIE:** Carb. Spong., Granor. Kermes ustor. 22 Unc. unam, Ossis Sepiae, Rad. Ari 22 Drachm. duas, — Zingib., Cort. Cinnamomi 22 Drachm. unam, Sacch. alb. Unc. tres, Mucil. Tragacanth. q. v. ut f. mors. Gran. 30.

MORSULI AD ARDOREM VENTRICULI vel SODAM Ph. Wirt.

Rec. Cretae praep., Cornu Cervi ust. praep., Oculor. Cancror. praepar. 22 Drachm. tres, Boli Armenae praep., Corall. rubr. praep. 22 Drachm. duas, Nuc. mochat. Drachm. unam, fiant cum Sacchari, in Aqua Cerasorum soluti et ad consistentiam tabulandi cocti Libr. una, morsuli.

MORSULI AROMATICI, Trochisci aromatici s. stomachici, Morsuli Imperatoris (Wirt.), Morsuli aromatico-stomachici (Fuld.) Genürzmorsellen, Kaiserbissen. Tablettes aromatiques.

Disp. Lipp.: Rec. Sacchari albi Unc. sedecim, Aquae communis Unc. quatuor, coque ad consistentiam tabulandi absque agitatione, tum vas ab igne aufer, et saccharum agitetur usque dum in paretibus incepit impellucidum evadere, tum subito admisce species antea bene mixtas, Amygdalar. dulc. exorcitarum et minutim concisarum Unc. semis, Pulv. Cinnamomi, — Nucis mosch., — Rad. Zingiberis, — Cardamomi minor, — Rad. Galangae 22 Drachm. tres, — Caryophyll. aromat. Drachm. unam et miselam statim in modulum morsulorum antea humectatum effunde interdum concutiens ut massa aequalis fluat, quae adhuc calida in segmenta dissecretur, oblonga. Ph. Suec. prope ad hanc formulam accedit. Ph. Wirt. (Morsuli Imperatoris) Sacch. albi Unc. sedecim, Aq. Rosar. q. s., coctis ad consistentiam tabulandi adde Cort. Cinnamom. Drachm. duas, Specier. Imperatoris Drach. sex, Cort. Aurant. conditorum, — Citri condit., Carnis Citri condit. 22 Unc. unam,

Amygd. dulc. Unc. unam et semis. Disp. Fuld. et Ph. Fenn. similes formulas habent.

MORSULI CARMINATIVI ET LAXANTES REUSS.

Rec. Amygdal. excort. Unc. unam, Cort. Aurant. condit. Unc. semis, — Citri condit. Scrup. quatuor, Cremor. Tartari (vel Salis SEINETTE), Rad. Rhei, Cort. Chinæ 22 Drachm. tres, Sacchari albi rite ad plumam cocti Unc. octo, f. morsuli 24. **KAIER:** Confect. Cort. Aurant. Unc. unam, Confect. Rad. Calami Drachm duas, Sem. Carvi Drachm duas, Ol. Menth. pip. Gutt. decem, Sacch. albi Unc. quatuor.

MORSULI CHINAE s. CHINATI, Tabeliae de Kinakina (Gall.) Chinamerellen. Tablettes de Quinquina.

Ph. Gall. 1837: Rec. Pulv. Cort. Chinæ fusc. Unc. duas, — Cinnamomi Drachm. duas, Sacch. albi Unc. quatuordecim, Mucilaginis Gummi Tragacanth. q. s., fiant morsuli Gran. sedecim, quorum singuli Chinæ Grana duo continent. Disp. Fuld. Sacch. albi Unc. quatuor, Aq. comm. Unc. duas, coque ad consist. tabulat, adde Pulv. Cort. Chinæ Unc. unam, Cort. Aurant. condit. Drachm. tres, Pulv. aromat. Drachm. unam, fiant morsuli 24. **HECKER** propositus: Sacch. alb. Libr. unam, coque cum Aq. comm. ad consistentiam tabulati, adde Cort. Chinæ fusc. Unc. tres, Cort. Aurant. conditor. in tabulas dissectorum Unc. unam.

MORSULI CINNAMOMI GRAY. Gimmitz morsellen.

Rec. Sacch. albi Libr. octo, Ol. Cinnamom. Unc. tres, Mucilag. Tragacanth. Unc. octo-decim. *Nimia Olei* vis inest.

MORSULI CITRI s. CITRICI.

Ph. Suec. Rec. Sacch. albi Unc. quatuor, Succi Citri Unc. semis, f. morsuli. **SPIELMANN** Ph. univers. Rec. Carnis citrin. condit., Flavedum Cort. incisae 22 Unc. unam, Ol. de Cedro Scrup. unum, Succi Citri Unc. unam, Sacch. albi cum aqua ad consist. tabularem cocti Unc. sedecimi.

MORSULI GINSENG. Ginsengmorsellen.

Rec. Sacch. alb. Libr. decem, Vanill. Unc. decem, Rad. Ginseng (*Panax Quinquefolium* LINN.) pulv. Unc. quinque, Ol. Cinnamomi Gutt. unam, Tinct. Ambr. Gutt. decem, Mucilag. Tragacanth. q. s. ut fiant morsuli gran. 24 ad 30.

MORSULI IMPERATORIS vid. Morsuli aromatici.

MORSULI MARTIALES REUSS.

Rec. Sacch. albi, ad consistentiam tabularem coquendi, Unc. quatuor, Limatura Martis alcoholisata Unc. unam, Cort. Cinnamom. Drachm. unam, m. f. morsuli.

MORSULI MENTHAE PIPERITAE — MUCILAGO ALTH. 575

MORSULI MENTHAE PIPERITAE. Disp. Fuld.

Rec. Sacchari ad tabulati consistentiam cocti Unc. sex., Pulv. Hb. Menth. pip. Drachm. sex., mixtis in ipso effundendi momento adde Ol. Menth. pip. Gutt. triginta, fiant morsuli No. tringinta. De ceteris varietatibus cf. Pastilli Menth. pip.

MORSULI OCULORUM CANCRORUM vid. Pastilli.

MORSULI PECTORALES Ph. Ferrar.

Rec. Mucilag. Lichenis Island. — Gummi Arab. $\frac{1}{2}$ Libr. unam, Sacch. albi Libr. duas, Opii Drachm. unam et semis, f. morsuli Gran. 24.

MORSULI PURGANTES Ph. Wirt., Pat., Bruns.

Rec. Resinae Jalapp. Drachm. unam, contere cum Amygd. dulc. Drachm. tribus, Cardamom. min. Scrup. unum, Cinnamomi Scrup. duos, Sacch. albi ad consist. tabulandi cocti Unc. septem et semis.

MORSULI RESTAURANTES KUNKELII vid. Morsuli antimoniales KUNKELII.

MORSULI DE RHEO Ph. Hamb. 1835.

Rec. Sacch. albi Unc. octo, coque ad plumam et adde Rad. Rhei Unc unam, Elaeosacch. Citri Unc. semis.

MORSULI RHOEADOS Ph. Ferrar.

Rec. Infus. Rhoeados Libr. sex, Sacch. Libr. quatuor, coque ad aptam consistentiam effunde in laminam marmoream et in morsulos concide

MORSULI ROBORANTES BRUCKNER.

Rec. Pulv. Cort. Cinnamom., Cardamom. minor., Pulv. Nuc. Jugland. $\frac{1}{2}$ Drachm. unam, Sacch. ad consistent. tabulandi cocti Unc. duas et semis, f. morsuli No. 12.

MORSULI AD SCABIEM, Tabellae antiptoricae. Gräbmorsellen.

Rec. Flor. Sulph. Unc. unam, Antimonii crudii praep., Spec. Imperat. $\frac{1}{2}$ Drachm. duas, Amygd. dulc. concis. Unc. unam, Sacch. albi ad plumam cocti Unc. octo, Ol. de Cedro Gutt. decem.

MORSULI AD SITIM RESTINGUENDAM.

Ph. Gall. 1818. Rec. Acid. tartaric. pulv. Drachm. unam, Sacch. albi Libr. semis, Ol. de Cedro Gutt. duodeviginti, Mucilaginis Gummi Tragacanth. q. s. ut f. mors. Gran. 12. VAN MONS: Acidi tartarici pulv. Unc. unam, Sacch. ad plumam cocti Unc. sedecim. Ph. Gall. 1837. Salis Acetosell. Drachm. tres, Sacch. albi Unc. sedecim, Mucilag. Gummi Tragacanth. q. s., Ol. de Cedro Gutt. sedecim, f. morsuli Gran. duodecim.

MORSULI AD SODAM vid. Morsuli ad Ardorem Ventriculi.

MORSULI STIBIATI vel STIBII vid. Morsuli antimoniales.

MORSULI STIMULANTES.

SPIELMANN: Rec. Cinnamomi Drachm. duas, Nuc. mosch. Drachm. unam, Caryophyll. Scrup. duos, Macid. Scrup. unum, Zingiberis Drachm. sex, Sacch. alb. Unc. sedecim. SAINTE-MARIE: Zingiberis Drachm. duas, Croci Drachm. unam, Moschi, Caryophyll. $\frac{1}{2}$ Drachm. semis, Mastich. Drachm. tres, Ambr. gris. Gran. duodecim, Sacch. alb. Unc. octo.

MORSULI STOMACHICI vid. Morsuli aromatici.

MORSULI TARTAREI Disp. Vienn.

Rec. Cremer. Tart. Drachm. sex, Faeculae Acetosell. Drachm. unam, Sacch. alb. Libr. unam, Succi Citri rec. q. s.

MORSULI TEMPERANTES SCHUBERTH.

Rec. Sacch. alb. Unc. duas, Aq. comm. q. s., Succ. Citri Drachm. duas, Elaeosacch. Citri Drachm. unam.

MORSULI CONTRA VERMES vid. Morsuli anthelmintici.

MOSCHUS ARTIFICIALIS, Resina Succini balsamica, Oleum Succini oxygenatum, Succinum oxygenatum. Künstlicher Moschus. Künstlicher Bisam.

Disp. Lipp. Rec. Ol. Succini rect. Unc. duas, in vas capax immissio affunde Acidi Nitri fumantis Unc. sex; admixtione peracta vitrum cum resina nata quiescat per horas 24, tum resina exempta primum cum aqua frigida, deinde cum calida abluitur, donec acidum penitus amiserit. Resina odoris moschatini servetur in vitro bene clauso. Moschi nativi medium excitans vicarium esse, quondam praedicabatur, nunc plane derelictum. Codices de Acidi copia parum discrepant, quod omittanus.

MUCHARUM ROSARUM vid. Infusum Rosarum solutivum (p. 478).

MUCILAGO ACACIAE vid. Mucilago Gummi Arabici.

MUCILAGO ALTHAEAE, s. Radicis Althaeae. Altheeschleim. Mucilage de Guimauve.

Rec. Radicis Althaeae minutim concisae et contusae Unc. unam, Aquae communis tepidae Unc. sex, mixta in locum tepidum interdum conuenienda sepone, donec humor albumine paulo lentior evadat; per pannum trajice et leviter tantum exprime. Ph. Gall. 1818 hanc formulam praecepit, cum qua Ph. Ferrar. congruit. Coctio in paranda Mucilagine Althaeae plane est evitanda. Ph. Bor. castr. ex Unc. una Radicis decocti Unc. octo, hasque ad Unciarum quatuor remanentiam. Ph. Oldenb. ad Uac. duarum remanentiam decoqui vult.

576 MUCILAGO AMYLI — MUCIL. GUMMI TRAGACANTHAE

MUCILAGO AMYLI. Stärkeschleim.

Ph. Edinb., Lond. 1824 (1836 omisit): Amyli Drachm. tres, Aq. comm. Unc. sedecim, misce, distende et inter agitationem semel coque.

Ph. Dubl. Amyli Unc. semis, cet. par.

MUCILAGO ASTRAGALI vid. Mucilago Gummi Tragacanthae.

MUCILAGO CAMPHORATA SWEDIAUR.

Rec. Camphor. Unc. unam, Mucilaginis Gummi Arabic. Libr. unam. In ulceribus putridis.

MUCILAGO CANTHARIDUM AUGUSTIN.

Rec. Tinct. Cantharid. Gutt. quatuor, Mucilaginis Gummi Arabic. Unc. quatuor. In gonorrhoea.

MUCILAGO CONSOLIDAE MAJORIS

Ph. Sard.

Rec. Rad. Consolidae maj. Libr. unam, Aq. ferv. Libr. quatuor, macerata exprime.

MUCILAGO CORALLINAES CORSICAE. s. Helminthochort. vid. Gelatina Helminthochorti (p. 452).

MUCILAGO CRETICA vid. Mixtura Cretae (p. 560).

MUCILAGO CYDONIORUM, s. Seminum Cydoniorum, Mucilago cum Seminibus Cydoniorum. Quittensamenschleim. *Mucilage de semences de coings.*

Rec. Seminum Cydoniorum integrorum Drachm. unam, Aquae communis tepidae Unc. octo, mixta interdum concute per aliquot dies, tum cola.

Ph. Bor. ed. 5, Hann. Aquam Rosarum, cet. paribus, praescribit. Haec seminum copia sufficit ad reddendam aquae tantam molem mucilaginosam. Plurimi Codices nimiam Seminum copiam adhibent, quam quae penitus extrahi posset; e. gr. Ph. Ferrar., Ful., Hass., Lipp., Oldenb. Seminum Drachm. unam, pro Aquae Uncia una sumunt. Coctio vel Seminum conquassatio non laudanda, quae mucilaginem turbidam reddunt. Ph. Austr., Lusit. seminum rationem habent 1:24, Belg. 1:48, Bavar., Saxon. 1837 1:40, Hass. 1:32, quae varietates parvi sunt momenti. *Vis:* involvens, leniter adstringens. *Usus:* externus in ophthalmiis. Improprium est, salia metallica, e. gr. Plumbeum aceticum, admiscere simul, quippe quae decomponerentur plurimum.

MUCILAGO CYDONIORUM ACIDULATA, s. Linctus acidus. Säuerlicher Quittensamenschleim.

Rec. Sem Cydonior. Drachm semis, Aq.

comm. Unc. tres, f. mucilago, cola, Uncis duabus adde Acidi sulphurici diluti Drachm. unam, Syrupi Ribium nigror. Unc. unam.

MUCILAGO FOENUGRAECI. Foenugrec-samenbeschleim.

Ph. Sard. Rec. Seni. Foenugraeci Unc. unam, Aq. comm. Unc. decem, macerata cola.

MUCILAGO GLYCYYRHIZAE. s. LIQUITIAE vid. Pasta Liquiritiae.

MUCILAGO GUMMI ARABICI, Mucilago Mimosae s. Acaciae, Mistura Acaciae (Lond. 1836). Arabisch Gummischleim, Gummischleim. *Mucilage de gomme arabeque.*

Rec. Gummi Arabic. pulv. Unc. unam, Aquae dest. Unc. duas, triturando in mortario solve. Conveniunt cum hac formula Ph. Austr., Antw., Bavar., Dubl., Edinb., Lond. 1824, Fenn., Hann., Hass., Slesv.-Hols., Suec., Saxon.; Aquae Uncias tres pro singulis Gummis Arab. Uncis habent Ph. Boruss. ed. 5, Oldenb., quatuor Disp. Lipp.; Gumi et Aquae par pondus volunt Ph. Amstel., Batava et Gall. 1837; Gumi duas, Aquae tres partes Disp. Ful. et Ph. Lusit.; Gumi quinque, Aquae octo partes Ph. Lond. 1836.

Sit fere limpida, pallide flava, saporis satui. Limpidior prodit si e frustulis electis totis Gummi Arabic paratur, quod quidem licet, quando tempus tibi est. *Vis:* demulcens, involvens.

MUCILAGO GUMMI TRAGACANTHAE, s. Tragacantha, s. Astragali, Mucago cum Gummis Tragacantha. *Traganthschleim.* *Mucilage de gomme Adraganthe.*

Rec. Gummi Tragacanth. pulv. Drachm. unam, in mortario citissime misce cum Aq. comm. frigidae Unc. duabus et assidua trituratione mixtionem aequabilem promove. Codices de aquae adhibenda copia passim discrepant. Pro parandis rotulis atque pastillis consistentiis densioris aptae modus ex tempore dignoscitur atque curatur. Ph. Gall., Ful., Lusit. pro Gummis parte una Aquae habet partes octo (nimium crassa sit mucilago), Lipp. duodecim, Bat., Belg. quatuordecim, Hass. duodequinquaginta, Bavar., Saxon. sexaginta, cet. — Mucilago tenacior, densior atque uberior ex Gummis Tragacantha integro nec pulverisato prodit. Pro parandis rotulis saccharinis crassior mucilago conductus, quam pro oleis subigendis.

MUCILAGO HELICUM sec. MOUCHON.
Schneefenschleim. *Mucilage de Limaçons.*

Rec. Helicum Pomatiarum No. quatuor; intestina nigra aufer, carnem lava, dissecia in frustula, per quadrantem horae virga salicina exagia et succum exprime, adde Syrupi simpl. Drachm. septem, Aq. Naphae Drachm. duas, Aq. comm. Unc. tres.

MUCILAGO HELMINTHOCHOR vid.
Gelatina Helminthochorti (p. 452).

MUCILAGO LICHENIS ISLANDICI
paratur sicut Gelatina Lichenis Islandici, at-
tamen congelescentia majore aquae copia ad-
mixta evitatur, e. gr. Lichen. Islandici Unc.
una cum Aq. comm. Libr. una decocta ad col-
lat. Unc. octo inspissatur.

MUCILAGO MERCURIALIS PLENCKII, s.
Mucilago Gummi Arabici mercuria-
lis. *Plenk's Quecksilberschleim.*

Pb. Wirt. Rec. Mercurii vivi Drachm.
unam, Gummi Arabici Unc. semis, Aq. comm.
Unc. unam, trituratione assidua subige Mer-
curium, donec penitus disparuerit. Cf. Mer-
curius gummosus PLENCKII (p. 545).

MUCILAGO OLEOSA vid. Linctus oleosus
(p. 508).

MUCILAGO PSYLLII s. Seminis Psy-
lli. *Flachsamenfleim.*

Rec. Sem. Psyllii Drachm. duas, Aq. te-
pidae Unc. unam et semis, digere interdum
concutienda et exprime.

MUCILAGO SALEP, s. Radicis
Salep. *Salepschleim. Mucilage de
Salep.*

Pb. B. R. ed. 5. Rec. Rad. Salep. pulv.
Drachm. unam, Aq. comm. frigidae Unc.
duas, bene agitando misce, donec a Ra-
dice fere imbuta fuerit, tunc admisce
Aqua comm. ferv. Unc. decem et misce-
lam conquassa, donec frigefacta sit. Cf.
Gelatina Salep (p. 454).

MUCILAGO TRAGACANTHAE vid. Muci-
lago Gummi Tragacanthae.

MURIAS. Salzaures Sciz. *Muriate*
vid. Nomina antiqua vel a basi derivata. Usi-
tatoria hic indicabimus, qua voce reperiantur.

MURIAS AMMONIAE vid. Sal Ammonia-
cum.

MURIAS AMMONIAE FERRICUS vel MAR-
TIATUM vid. Sal Ammoniacum martiatum.

MURIAS ANTIMONII vid. Butyrum Anti-
monii (p. 140).

MURIAS BARYTAE vid. Terra ponderosa
salita.

MURIAS CALCIS vid. Calx salita (p. 148).

MURIAS FERRI vid. Ferrum muriaticum
(p. 429).

MURIAS HYDRARGYRI s. hydrargy-
ricus vid. Mercurius sublimatus corrosivus
(p. 550).

MURIAS HYDRARGYRI PRAECIPITA-
TUS vid. Calomel via humida (p. 147).

MURIAS HYDRARGYROSUS vid. Calomel
(p. 146).

MURIAS MAGNESIAE vid. Magnesia mu-
riatica (p. 537).

MURIAS MERCURII vid. Calomel (p. 146)
et Mercurius sublimatus corrosivus (p. 550).

MURIAS POTASSAE vid. Sal digestivum
SYLVII.

MURIAS POTASSAE HYPEROXYGENATUS
vid. Kali chloricum (p. 492).

MURIAS STIBII vid. Butyrum Antimonii
(p. 140).

MURIAS ZINCI vid. Butyrum Zinci (p. 143).

MUSCERDAE vid. Trochisci Catechu.

NAPHTHA ACETI. Essig- äther. Ether acétique.

Synon.: Aether aceticus. Essignaphtha.

Rec. Sacchari Saturni Unc. qua-
draginta;

in sartagineum cupream vel por-
cellaneam immissae calore li-
quefiant, et inter assiduum agi-
tationem igne sub finem mo-
deratio in pulverem siccissi-
mum, a glebulis plane liberum,
redigantur; tum admisce

Salis mirabilis GLAUBERI
bene siccata Uncias duas.

Seorsum recipe
Spiritus Vini rectificatissimi
Uncias quindecim,

in quem in gyrum agitatum per
vices affunde

Olei Vitrioli Uncias viginti;
miscelam adhuc calidam af-
funde Saccharo Saturni inter-
dum in retortam ingestu, agi-
tatione bene misce liquorem
cum pulvere, retortam in bal-
neum arenae colloca et exci-
pulum bene refrigerandum

appone. Quum ebullitio ex mixtione sponte enata cessaverit, igne supposito destillationem usque ad siccum institue.

Destillatum conquassatione misce cum Liquore Kali carbonici usque dum reactio acida disparuerit. Miscelam totam ex retorta vel ex cucurbita leni calore rectifica, quamdiu Naphtha satis pura prodit. **Part. const.** Acidi acetici anhydri, et Naphthae Vitrioli aequalia Pond. Mixt.

Vis: maxime analectica, excitans, nervina.

Sit liquor limpidissimus, mobilisimus, decolor, ab omni acido liber, odoris fragrantissimi maxime grati atque recreantis, odorem Naphthae Vitrioli non prae se ferat, ex toto sit volatilis, in aquae destillatae minore quantitate quam septupla non solubilis. Pond. spec. 0,88 — 0,89. —

Usus: ad instigandas vires vitales in febribus adynamicis, lipothymia, asphyxia.

De paranda Naphtha Aceti Codices multum inter sese discrepant, et liquores edant majores minoresque Aquae et Spiritus Vini copias continent. Quando Olei Vitrioli non sufficiens copia adest, Acidum aceticum multum emergit et destillatum acidi gravidum est; quando Olei Vitrioli nimia vis adest, Naphtha Vitrioli pura destillato immixta erit. Sal mirabile, quod formulae nostrae addidimus, duos simul scopos habet. Sub finem destillationis Olei Vitrioli excedentis vis hoc sale infringitur, quia Natrum bisulphuricum enascitur, quod difficilius decomponitur quam Acidum sulphuricum liberum, deinde placentia Plumbi sulphurici facilius ex retorta abluitur, quia particulis Natri sulphurici interpositis et solutis cohaesio Salis non solubilis tollitur. Quaedam pharmacopeiae Natrum acetatum, aliae Kali acetatum adhibent, at hoc quidem parvi est momenti, si justae copiae sumuntur. Kali acetium vero semper acidum muriaticum continet, si ex Cineribus clavellatis praeparatum est. Acidum aceticum et Oleum Vitrioli adhibere duos jam exigit labores, qui simul exerceri possunt. Saccharum Saturi simul vilissimum atque purissimum Aci-

di acetici Sal ubique prostat. Ingredientium rationes SOUBEIRAN tales esse sistit, Saccharo Saturni posthabito, scilicet Kali acetici sieci Partes tres, Spiritus Vini rectus. Partes tres, Olei Vitrioli duas; vel Natri acetici siccata Part. quinque, Spiritus sex, Olei Vitrioli quatuor. Lixivium causticum in acido tollendo atque rectificatione evitandum est, quia Naphtham Aceti decomponit.

NAPHTHA ACETICA MARTIATA vid. Tinctura Ferri acetici aetherea.

NAPHTHA AMMONIACALIS, Aether ammoniacatus (Suec.). Ammoniafnaphtha. Ether ammoniacal.

Ph. Suec. Rec. Sal. Ammoniaci Unc. unam, solve in pari pondere Aq. communis et admisce Calcis vivae, aqua nuper extinctae, Unc. unam; denique adjice Naphthae Vitrioli Unc. unam, et destillatio Unciam unam evoca. Citius paratur sola mixtione ex Spiritus Salis Ammoniaci et Naphthae Vitrioli pari pondere.

NAPHTHA CAMPHORATA vid. Naphtha Vitrioli camphorata.

NAPHTHA CHLORI s. chlorica, Aether bichloricus. Chlorather, schwerer Salzäther.

Rec Calcariae chlorosae optimae notae Unc. sex, Aquae communis Libr. duas et semis, solve et filtra; liquori filtrato adde Spiritus Vini rectificatissimi Unc. unam, et miscelam in retortam percapacem ingere. Ignis supposito destillatio instituatur, tum ignis iterum auferatur, quia reactio sua sponte perget, donec liquor aethereus prodire eessaverit. Vas excipiens bene frigefiat. Liquores duo eliciuntur, quorum gravior atque inferior Naphtham Chlori exhibet. Haec cum Mercurio vivo, qui Chlorum cohibeat, conquassetur atque novae destillationi subjiciatur.

Est liquor limpidus, decolor, odoris penetrantis nec ingrati, saporis calescentis simulque dulcis, aqua gravior, servet ad 56° R., cum Spiritu Vini facilissime miscetur. **Vis:** eximia analectica, excitans. A medicis Americanis multum adhibetur in asthmate, affectionibus adynamicis. Continet Naphtha Chlori in Spiritu Salis dulci mixta cum Spiritu Vini

NAPHTHA FORMICICA, Aether formicicus. Ameisenäther, Ameisennaphtha. Ether formique.

Rec. Natri formicici bene siccata Unc. septem, in retortam ingestis infunde per tubulum miscelam Spiritus Vini rectificatissimi Unc. sex, et Olei Vitrioli Unc. decem, tubulum exemplo clade, quia reactio atque destillatio sponte sua incipiet. Naphthae dimidium destillabit antequam ignem supponere